



**Antonii Mvsae Brasavoli Medici Ferrariensis Examen  
omnium Trochiscorum Vnguentorum, Ceratorum,  
Emplastrorum, Cataplasmatumque, & Collyriorum**

**Brasavola, Antonio Musa**

**Venetiis, MDLI**

Antonii Mvsae Brasavoli Medici Ferrariensis Examen moniu[m] Ceratorum,  
quoru[m] apud Ferrarie[n]ses pharmacopolas usus est, Nunc primum in  
luce[m] prodiens, ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70720](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70720)

XXXI  
XXXII  
XXXIII  
XXXIV  
XXXV  
XXXVI  
XXXVII  
XXXVIII  
XXXIX  
XL

ANTONII MVSÆ

BRASAVOLI

MEDICI FERRARIENSIS

Examē omniū CERATORVM, quorū

apud Ferrarienses pharmacopolas

usus est,

Nunc primum in lucem prodiens,

*Ad Illustrissimum & excellentissimum  
Aloisium Estensem.*



VENETIIS .M D L I.

AD ILLUSTRISSIMUM, ET EX  
CELLENTISSIMUM PRINCIPEM  
ALOUISIVM ESTENSEM  
Hieronymus Brasauolus.



Vm à colendissimo genitore meo Illustrissime Princeps libellus quidam de Cerasi, qui facultati medicae non modice prodest, in publicum proditurus esset, mihi uisum est indignum fore si absque tutore in lucem emitteretur, cum ipse (herculea forte claua fretus) hoc negligeret, At ego cui patris monimenta cordi esse debent, Excellentiam tuam elegi dignam prorsus cui dedicaretur, ac deuoueretur. Itaque illum Excellentiae tuae uti xeniolum clargior, atque inscribo. neque hoc immerito, cum non solum te magnam reddant Auorum, ac Patris itemata, sed & uirtutes illae, quibus es in hactam tenera aetate armatus. Hilari igitur fronte illud accipias Illustrissime Princeps, quod & si tua nobili praestantia indignum esse non ignorem, tamen humanitate tua fretus non uerebitur te illud dignum effecturum, ac benigne (ut tui moris est) recepturum. Vale,

ANTONII MUSAE BRASAVOLI  
MEDICI FERRARIENSIS

*Ceratorum, quorū publicus est apud Ferrarīeses pharmacopolas usus, examen.*

SENE X, BRASAVOLVS.



**S**E. uideris ferè subiratus Antoni.  
BRAS. imo ira longe abest, potius  
dolor de humana miseria, quæ adeo  
cæcutiens sit, & mentis oculis orba  
ta; ut homines in illis magnificiat re  
bus, in quibus magnificièdi nō sunt,  
et illa prorsus negligātur pro qui-  
bus laude digni essent. SE. nō ne de hac materia seor-  
sum scripsisti? BRAS. Seorsum quidem in libello, cu  
ius inscriptio est, De æquali hominū natura, & quare al  
ter alterum excedat. SE. optarem illius sermonis sum  
mam audire. BRAS. imo (ut audias) ab initio in finē  
usq; uerba referam, ita enim incipit, Vulgus, & imperi  
torum turba, recti, ac boni expers, Herculem Estensensem  
Principem illustrissimum admirantur, illi capita nudāt,  
sistunt obambulante, et ferè stupidi defixis oculis intuen  
tur: huic interim blandiuntur sapientes, nō secus atq; ora  
culum uenerantur. cur hunc uirum in summo rerū api  
ce tam docti, & boni, q̄ ignari, & imprudentes esse arbi  
trantur? est ne una ac eadem sapientum, et imperitorum  
causa? Absit, quippe hi talia profitentur, qualia sapiētes

A ij

uitio dant, & ceu fimo immersa criminantur, num & Hercules homo est generationi, fato, ac transmutationi subiectus, quales cæteri mortales, ut ait in Pimædro Trimegistus? certe is est mortalis, curis astrictus, omnibus morborū generibus expositus, & fortunæ blandiētis ac irritātis auspicijs. quid igitur uulgus mouit, ut Hercule tantum faciat? hominē præsertim mortalem, curis, ægritudinibus, & æstibus fortunæ deditum? uulgus statim insusurrauit, Diues est Hercules, Princeps Illustrissimus, numis præpotēs, ò insanum uulgus, diuitias Herculi anteponis: nō illi, sed auro subscribis, ē ne magis homo, quia diues? nū & insensato ac turpissimo homini diuitiæ contingere poterant? nū homines auaros reddunt? qui auari, nisi diuites? num inuidiæ causa, fastus, ac omnium malorū (ut in tertio de legibus uolumine Plato scribit) propagatrices? & in quinto earūdem legū libro argumentatur ualde diuites impossibile esse simul & probos? Hinc fortassis Seneca accepit, inferens, diuitias parū bonas, ut pote quæ scelestissimis accidant, propter has (ut in undecimo de legibus Plato inquit) rebelles, atq; truculētos hostes in pugnā habemus, unde Demetrius Phalereus optime diuitias non modo cæcas, sed fortunam ipsarum auctorem posteris tradidit. accedat huc Seneca, qui fortunam laudari iubet, si diues eris, non te ipsum. nemo quia diues, honorandus. nec diuitiæ bonæ sunt, aliter fœneremur, spoliemus, furemur, nec sacris parcendum: si diuitiæ bonæ, deprædemur: nihil prorsus omitteremus, quo breui diuites efficiamur: quisq; enim mouēdus est lapis, ut bona enāciscamur: nullus hinc melior, quia diues: nullus præstantior, quia auri & argenti cumulos imperio domi-

## CERATORVM EXAMEN

netur, nulli opibus obtemperandū, quid enim aliud au-  
 rū est, q̄ rubra terra? qd argentū, quā alba? his omnia ma-  
 la perpetrantur, cogunt in infanda scelera, uariæ hinc  
 luxuriæ, et tam sordidæ species, hinc homicidia, hinc de-  
 sidiæ, hinc bella, hinc fastus, hinc gulæ tam pestilen-  
 tissima lues, hinc iracundiæ, hinc omnium malorum  
 radices: ò insanum uulgus, diues non est paupere excel-  
 lentior, non magis honore & encomio extollendus. igitur  
 nec Hercules, quia diues, adeo insigni laude ornādus  
 est, poterāt hæc turpissimo cuiq;, et scelestissimo usu ue-  
 nisse diuitiæ, non sunt honoranda quæ accidunt, sed quæ  
 hoīs propria, laboribus ac sudore acquisita, accedunt sa-  
 pientes, assentiuntq;, nos, inquit, non eo Hercule prin-  
 cipem dignissimum ueneramur, quia diues, sed quia diui-  
 tijs optime utitur, magnificus est princeps, generosus,  
 insignis: his magnificentiā ostendit, quā nemo nisi diues  
 ostendere potest, nihil incuria prætermittit, ex his quæ  
 magnificum uirum reddere prodidit Aristoteles quarto  
 ethicorū, tractatu primo, cap. 2. Admirabilia animo ac  
 opere struit, à quibus præ curta supellectile paupercu-  
 lus abstinet. Dedicat, publicos ludos splendide parat, ho-  
 spites suscipit, alitq; ignotos, munera mittit, ea exordi-  
 tur, quæ diuturno tēpore extent, hinc gloriose Hercule  
 prædicamus, hinc honoramenta, nō ex puro auro, nō ex  
 nudis uirtute diuitijs, quæ nunq; homines, uel Iro magis  
 præstātem efficiunt, nū & diuites Hebræi? nū & Turcæ?  
 nū & auarissimi quilibet? tamē decore ac insigni gloria  
 carent: at Herculis diuitiæ cæcæ non sunt, uerum acute  
 cernunt, quia prudentiam sequuntur, ut Plato primo de  
 legibus inquit. quid referā liberalitatis mirū in Hercule,

atq; rarum decus? cui nō satis sunt tot diuitiae, tam splendide cur, quibus, quando elargitur, liberaliū uirorū conditionibus obseruatis. nullā igitur uī ipse, aut quilibet aliter ex diuitijs nobilitatē habet, sed ex generoso illarum usu, suntq; ad perfectam uirtutem adminicula: quīs hominum indiligentia in grauissima scelera & perfida ducant. primam sapientū, ac imperitorum rōnem habetis qua hi diuites splendide honorāt, illi diris execrantur, ni generosa uia, & insigni cura distribuant: nunc secūdam argumētū paucis accipite, Vulgus præcedenti cōmento alterū addit, Pulcher ē corpore Hercules, hinc illū honoramus. ò magis insensatum uulgus, unde pulchritudinē acq̄siuit? labore, an natura? nū eadē natura parens q̄busq; etiam turpissimis decorē præstare potuit? nihil est honore, aut uituperio dignū, qd' natura ortū habet, cur reclusoripedē, & Aethiopem albus derideat, omnīū pulcherrimus sit, modicū præstolare, tanquā flos decidet, nec eodē statu permanebit: flaccidus, obscurus euadet, quū canis capitis niues fluent, quum rugæ arabunt frōtem. num et pulchri sunt pleriq; mēdici? nū & meretriculæ pulchrae plures? num uarijs casibus decor amittitur? ut nunquam possit uel recuperari deperditus? Sed oīa secūda fluant, saltem ætas ipsa pulchritudinē eleuabit, clandestine formam suffurabitur. inter homines igitur Hercules primū locū nec occupet, quia pulcher, quin decor scelestissimorū scelerum causa est, ut prouerbio receptum sit, Nihil pulchrum castum. Post hæc sapientes Herculem nō corpore pulchrum admirantur, sed anima uenustū, ut quicquid crusta hac corporea clarissimis imaginibus splendideat, totū anima excellentiori modo amplectatur, ne.

CERATORVM EXAMEN

pulcherrimum domicilium, ornatam sedem non habereet  
pulcherrimus, et uirtutibus ornatus animus: nec parum  
refert, Principē omni uirtutū genere præditū etiā cor=  
poris specie ornatū, Virgilio in hunc ferē modū canēte:

Gratior est pulchro ueniens in corpore uirtus.

quæ excellētia ingenij sub quacūq; cute, uel turpissima la=  
teat. Quoties Herculis illustrissimi Principis oculos in=  
tueor, quos habet fixos, nō hinc inde inconstantis more  
uagos, non fastuosi modo eleuatos, sed in humili terra  
pronos, uideor uidere gemina relucētis astri nitida  
specula, quibus anīe uirtutes referantur, his illa oble=  
ctatur, his depascitur, frons spatiosa, genæ rubicūdæ, os,  
barba, color, oīa uirtutum summarū indicia sunt, quas  
uere habet, anima per uniuersam Herculis molē extēsa,  
quæ nec nimis est procera, sed commode magna: nō exu=  
berantis crassitudinis, sed musculosæ ac plenæ roboris cō=  
cinnitate. uerum hac parte uidebor adulationis notā de=  
precari. late longeq; abst, ne laudaturus quidē sum Her=  
culem. Estensē suis sat uirtutibus laudatū: quin magis  
illum sibi tanquā in speculo cōmonstraturus, ut seipsum  
noscat, qui iandiu sibi ipsi displicet. Sapientes igitur nō  
corporis pulchritudine, q̄ cuius natura usu uenire pōt,  
sed animæ decore, mentis pudicitia, prono in uirtutes in=  
genio Herculem extollunt. Ad tertiū sapientū, & impe=  
ratorum argumentū festinet oratio. Accedit insuper uul=  
gus, Princeps est Hercules, hinc illi obtemperamus, ue=  
lut numen colimus. noui iam à puero uanissimum, & in=  
diuerticula pronum uulgus, num & Sylla princeps? nū  
& Nero imperator? hos nemo nō afficit probris; in sce=  
lerum exempla, miseri adducuntur, nū & pessimi fuerē

duces? Princeps est, quid inde? num hi morte obliterantur? num ægrotudines patiuntur? uulnera? febres? gallicas scabies? num & comedunt? bibunt? excernunt? tetricius etiam quæ uulgares? num sudores fluunt? foetent alæ, atque pedes? num & animi curis prauè afficiuntur? timent, amant, odio habent, frigent, calent? quid igitur inter principem interest atque seruum? quisque homo est, quisque rationale animal à Deo factum, ut postrema beatitudine fruatur, quisque eisdem corporis & animæ affectibus molestat, quin principes magis, minus serui, utpote qui in delitijs nutriti fuerint, ut re modica disturbentur, qua serui etiam in decuplo aucta nullo discrimine afficerentur: nulli sunt inter mortales principibus derisi magis, continuo plausu subleuantur, quicquid mali agunt, rectum esse censent, nam assertatores habent, omnia ad uota ostendentes, aiunt, aio. negant, nego, sepiusque id affirmant, quod totis uiribus repellendum esset, & negant assequendum, ut principi (miserrimi & ipsi ea conditione uiuentes uel magis mortui) placeat. magnus Alexander eò se hominem esse cognouit, quod in bellis uulnere accepto, aliorum hominum more cruorem fluere uidit. Memini excellentissimum uirum Nicolaum Leonicenum mihi à primis philosophiæ rudimentis preceptorè, principes maioribus formicis comparantem, populos paruis magnas sequentibus. dices multis dominantur hominibus: his imperant, iussa faceffunt, quid inde? num breui si iniquus, demonum multitudini inferuiet? ubi nunc magnus Alexander, cui nec sat erat unus hic orbis? ubi Phoeniceus Hannibal? ubi Romanus Cæsar? ubi tot celebres antesignani? Reges? principes? nihil igitur refert an homo princeps sit, & magis refrænandi honores si nul-

CERATORVM EXAMEN

la uirtute successerint: sed paterni regni heres eligatur,  
 quid hic insigne fecit? quid grāde, quo cæteris hominibus  
 eximie præstet? uulgus clanculū murmurat, terræ, ma-  
 riq; dominatur: ò insolētissimū, quid terra uniuersa? quid  
 mare? si in coelum referes nisi punctū; hoc est (inquit Se-  
 neca) id punctū inter tot gentes ferro & igne diuisum: in  
 quo nauigamus, in quo bellamus, in quo regnamus, ne-  
 mo est sua portione contentus, cū cuiq; tres ulnæ super-  
 sint, hi in tam breui & curta semita hanc partem elege-  
 re, alteram illi, confinia ponunt, dissident in terminis,  
 ad necem usq; bellant, ceu perpetuo miseri tanquā flo-  
 res egredientes, uicturi sint: ò ridiculi mortalium termi-  
 ni, Dacus nō exit Istrū: Isthmo Samothraces includuntur,  
 Parthos secat Euphrates, Danubius Sarmatica, ac Ro-  
 mana determinat, Rhenus Germaniæ finē statuit, Pyre-  
 nei inter Gallias & Hispanias copiose distinguūt, inter  
 Aegyptum & Aethiopas arenarum inculta uastitas ia-  
 cet, pro qua re bellant miseri? si quis formicis hominis  
 intellectū condonabit, num & illæ aream unam in mul-  
 tas prouincias diffecabūt? num huius gregis, & alterius,  
 pro cōciuibus unā ex aduerso pugnabunt? uidebis exer-  
 citū concitari, Martē cantu accēdi, uexilla portari tanq̄  
 sint quid magni facturæ, exploratores instituent, excu-  
 biasq; ut nihilo nisi corporis mole homines, & formicæ  
 dissideant, pusilla sunt terræ spatia, quæ homines possi-  
 dent, aut quibus tyrānizant: nemo igitur princeps aut  
 Dux alios homines ex imperio magis excellit, nec ipse  
 Hercules. sequitur philosophorum sentētia, hi inquiunt,  
 Herculē admiramur, nō quia princeps, sed quoniā ea ten-  
 tata perficit, quæ summū principē decēt: munificus est,

magnificus, liberalis, pius, clemens, cui uitium oē displicet: à cunis usq; bonis artibus deditus, humanitati inseruit, turpe putat scire, nisi operibus exprimat, qđ didicerit: nō curat opes, nō aurum, distribuit pro meritis, semperq; eē mauult q̄ uideri: iustitia utitur, nō summo iure: eleuat se nunq̄ in prosperis, nunquā in aduersis opprimitur: inimicis etiam fauet, nunquā ulla fuit uoluptate corruptus. Aequū est ac sanctum, si quid ex eius ore manarit, nil nisi uirtuosa insectatur. his ceteros antecellit, quæ principem decent, nō quia princeps antecellit. Habes quid imperiti, & eleuationes tertio cōmento retulerint. nunc quā alteram ansam referāt, audi. Vulgus inquit, adeo egregie Herculem salutamus, qui ex nobili Estensium genere ortus, præclara editus familia, cum æuo, tū illustrium uirorū antiqua, summo loco natus est, insigni patria. Nūc quoq; delirum es uulgus: num patria nobilissima Roma? nū Athenæ? uerū quot Romani, quot Athenienses turpissimi in scelerum luto ceu sues inuoluti? quot mendici? quot desides? & brutis ferè similes? nū hi magis probro digni, q̄ qui in asperas cotes, inter dummeta, & inuias alpes nati, si uirtutibus incūbant? quot summi proceres inter rusticos nati, humili cibo educati, quorum insignia nectam longa temporum curricula obliterare poterunt. quo loco natus est sospitator noster Christus? nū humili? num tenui, & uili? econtrario quot imprudētes, sordidi, illiberales, truculēti, instabiles, perfidi, procaces, sublimi urbe nascuntur? inter spectatione palatia, & celsa atria festiue, nulla absente delitiola nutritur? nū supernum idem est ubiq; coelum? nū terra eadē? fontes? flumina? cuiuspiam telluris portio inexpeditior

CERATORVM EXAMEN.

uidebitur, & minus honore digna, in qua omnia nō nascuntur, & addent urbis antiquitatem non nihil referre, quid hæc ad homines? eadem ratione omnē terræ partem execraberis, quum nullibi omnia, sed ubiq; desint quædam: immo in illa terræ parte, cui plurima desunt, illustriores homines fiūt, dic etiam, quæ magis antiqua tellus: nū Deus aridā solo nutu creauit? quid refert lapides, hac norma iā diu fuisse dispositos? idem est solum, quo struuntur ubiq; quid uirtuti addunt conditæ ædes? quid ampla palatia striatis columnis plena? hæc non nisi ad luxum spectant, luxuriæ opera sunt. uolue parum uolue priscorū historias, disce quibus tugurijs habitarent antiqui proceres, arabant Duces exercituum, terras colebant, breui agello uiuebant uniuersū orbis dominatores. uanitas est humana, quæ ex antiquitate urbes insigniuit. laudentur hinc montes, nam & primordio nascētis mūdi diuina ope facti, laudētur maria: longe foeliciores sunt, qui nec ciuitate uel domo egent, sed æquale coelū habēt: nunquā illis frigus, nunquā calor, quin tolerari possit, solis umbraculis contenti sunt, sub dio uiuunt: stellas noctu, quum somnus abest, cōtemplantur: astrorum motus obseruant, cœlestes ignes intuentur, quippe nulla est sine igne nox. id nunquam silentio prætermittendum est, cuiusdam præ patria glorianti, sum inquit magnæ urbis ciuis, Aristoteles dixit, noli hoc attendere, sed an dignus sis magna & illustri patria. Et eò insensatum est uulgus, q̄ ex agnatione Herculem extollit, una est omnium profapia: ex uno uenimus patre: in unam antiquā matrem tendimus terrā. uanum est sanguinem spectare: uaniū magis profapiæ fidere: uanissimū cognationes iactare,

CERATORVM EXAMEN

tanquã meliores aut peiores homines reddiderint, si mē-  
 dicissimũ quẽq; spectabis, placeatq; in ortum & prosa-  
 piã limẽ adducere, in Regẽ incidet, aut Principem, saltẽ  
 primũ patrẽ attinges, cuius omnes filij sumus. Quot Re-  
 gum filios seruis etiam ancillari putas: nũ & regũ spurij  
 Regis filij sunt? quid prosapia? elatiores reddit, fastuo-  
 sos, re nulla turbulẽtos, tumidos, inquitunt à nobili proge-  
 nie ortum duxi, quare parẽtes laudandi sunt, nõ ipsi (ni-  
 si boni sint.) Hominibus rationẽ deme, cuius prosapia  
 erunt? ratio ut ab inuicem secernantur in causa fuit, non  
 generis nobilitas, hĩ hi Atestini, illi Biuilaqua, alij Ta-  
 xoni, aut Contrarij, aut Trotti appellantur, õ q̃ foelicio-  
 res erant, ac plenã uirtutum antiquã illã prosapia à re-  
 tenui nũcupatã, Pisones inq̃, Cicerones, Rusticela. Absit  
 ne igitur, abstine uulgu Herculem ex genere aut patria  
 admirari: neminem his imaginibus excellit, homo est &  
 ipse, æque sub cœlo natus, Atestini cognatiõẽ distinctus.  
 quin accidere potuit, ut Aragonensis, uel Merulus dice-  
 retur. Ex aduerso prudentes, non ex nobili, & antiquo  
 genere, non ex insigni patria Herculem uenerantur, sed  
 honorãmus, inquitunt, agentem quã illustribus & digna  
 patria ortos uiros decent: nil nisi honestum animo uolue-  
 rat, nihil, nisi illustre ac immortalitate dignum. uideo  
 uidere Herculem Estensem passim historia decantari,  
 post hæc uarijs uirtutibus tanquã antesignanus adduci:  
 uere antiquorum imagines præ se fert, eorum uirtutes  
 imitari potest, quia doctissimus: uult, quia optimus: effi-  
 cit, quia diligentissimus: uirtutes sequitur, & adeo plenus  
 est, ut regurgitent: aulicorũ illecebras nouit: nouit adula-  
 torum blandimenta: præmuniuit se tanquã contra Cir-

ANT. MVSAE BRASA.

ces pocula, aut sireneos cātus dimicaturus. uirtutes pro-  
 sapiam reddunt excellentem, non has profapia. His ho-  
 mo est honore dignus, non genere, nō patria, quae saepius  
 est ob socios prauorum hominum causa. Ad hunc ordinē  
 quintam referamus breui pede sententiam: uulgus iterū  
 clamat, Herculem honoramus, quia parentum clarissi-  
 mis utriq; imaginibus illustris euasit, Alphonso in quā  
 patre, heroe cum quouis etiā ueterum comparādo, &  
 Lucretia matre, non minoris q̄ Lucretia Romana pu-  
 dicitiae, ut omittam interim auos abauosq; insignes, ut  
 sileā utrorūq; parentū affinitatis ordinē, nam hac quid  
 ad hominum mores? quid ad bene beateq; uiuendum? est  
 profecto Illustrissimus Alphonfus uir magnificus, libe-  
 ralis, pius, iustus, clemens: quāta fuerit genitricis Lu-  
 cretia pudicitia, q̄ta fuerit benignitatis affecta mulier no-  
 ui ego: Plura item docuit Ioannes Brasauolus mihi pa-  
 truus, uir adeo uerax, ut illi (ceu alteri Zenoni) sine iu-  
 riuando credatur. Hæc uero nihil ad summam, si indi-  
 gna probrāq; Herculi placuissent. id est ni mentē foelicissi-  
 mam nactus esset uirtutibus arculam, non tot genitoris  
 aut genitricis mores suffecissent, non auorum exempla,  
 q̄q; non parum ad uirtutem adminiculum dare possint: ò  
 foelicissimi parentes, qui non modo hūc Herculem genue-  
 re, sed Hippolytum & Franciscum, ac Alexandrū, quē  
 adeo Christus amauit, ut ante annos & nimis præcocē  
 raperet: quos enim (inquit Xenocrates) Deus amat, ci-  
 tius ad se reuocat. sileo interim huius Alexandri imagi-  
 nes, puer erat, quum Deo placuit, puer inq; annis, nihil  
 tamen puerile habebat. nihil in eo erat non dignum fu-  
 turo principe: Verūtamen nemo sapiens ob hæc Her-

eulem honoraret, quin si uitijs abundaret, plurimū de-  
 traherēt: ceu qui patris, matris, auorū, fratrū, digna pre-  
 oculis habuerit imortalitate simulacra, & nihil profue-  
 rint hęc tam efficacia uirtutis exempla: ast sapientes ge-  
 nitorem deserunt, genitricem non aduertunt, posthabēt  
 atauos, fratres omittūt: his. n. nec Hercules, nec alter ho-  
 nore aut triumpho dignus est. nos illū celebramus, quia  
 dignus tanto patre, tanta matre filius, dignus Hippoly-  
 to & Francisco proceribus frater, in quo omnium auo-  
 rum atauorūq; uirtutes adeo repullularūt, ut pro cūctis  
 unus ipse sufficiat: priscorum stēmata, & uirtutes, sed  
 pressiori amplioriq; gradu resignatę in uno hoc Hercu-  
 le reseruantur. Hęc Hercule heroicę maiestatis illustre  
 reddūt, nō ipsi parētes, q̄q̄ nō parū sit momenti illustres  
 genitores habuisse, quorū imaginibus filij innitātur. Ve-  
 rū ad reliqua properemus, iam uulgus sibi alterū parū  
 uit in hoc discrimine commentum, illustrior est ceteri  
 Hercules, quia uir fortis, ualidus corpore, mēbris, & na-  
 tura agilis. o obumbratissimū unā & ineptissimū uulgus,  
 qui robustiores baiulis, aut rusticis fortiores? onera sua  
 beunt intricata magis & graua, q̄ ille sufferret: sustinet  
 pondera, quę nec ille uel pusillum mouere posset: hos autē  
 nihil extollis: hos nihil honoras. Quin funābuli, saltato-  
 resq; hunc agilitate superant, quos nemo ceteris homi-  
 nibus prestare arbitratur: immo Christiani probro dāt,  
 ceu paradisi neglectores. Sed uulgus in aurē insusurrat:  
 Hastam ad perpendicularum in lusibus gestat, caput ferit.  
 quid hęc ad beate uiuendum? neminem legi hac re apud  
 historicos laudatum, hinc nec bonus homo, aut prauus  
 efficitur. nullum igitur ex corporis robore, aut memo-

CERATORVM EXAMEN.

brorū agilitate encomio decantabis. Accedunt sapientes,  
 Herculem (inquiunt) laudamus, qui alios nec ieiune, nec  
 frigide animi fortitudine excedit: uitijs refragatur, uir  
 tutes recipit, & eò recipit, quò utatur: ne absq; usu co-  
 gnoscat. Hæc est uera circa alias uirtutes fortitudo, quã  
 in Ethicis Aristoteles cantat: audet circa terribilia, si ne-  
 cesse fuerit, iniurias patitur, nō obseruat cedentes, ea pa-  
 titur quæ alij, uel momēto sufferre nequeunt, modo eius  
 honoris nihil auferāt, nihil bonæ famæ, pro qua ad ne-  
 cem usq; pugnandum, Diuo Hieronymo in Iouinianum  
 quarto libro admonente: tamen ablegandus est quotidia-  
 nus hominum mos, pro fœmina pugnāt, & nequaquam  
 uxore, sed impudica. proh pudor, nulla imminente causa  
 in duellū descendunt, pro famulo pugnant, nemo patriã  
 curat, lancinari sentiunt, nec linguam mouerent, nō dico  
 enses stringerent. nemo pro fide pugnat; quin unã He-  
 bræi, Turcæ, Christiani, Hæretici, Christo maledicunt,  
 execrantur, Christi partes derelinquūt, nullus pro Chri-  
 sto enses acuit, nequeunt etiam fratris uerbulū tole-  
 rare, qui stercoris cloacam in corpore gestant, nequeūt  
 uel minimo sensus stimulo refragari. hæc est illustris et  
 certa uictoria, præclara & honesta fortitudo, seipsum  
 uincere. hæc pollet Hercules. hæc à doctis & probis ho-  
 noratur, nō stabili & firmo corporis robore. Quid his  
 imoror? iam alterius causæ caput addamus, inquit uul-  
 gus: Præstat Hercules, quia sanus corpore, nullis pertur-  
 batur angoribus, ualetudinem optime seruat. ò inanius  
 ampulla, & leuius pluma uulgus, quid egregium est in  
 homine sanitas? Si animam spectabis, sanitas ad materiã  
 pertinet, quæ sæpius est multorum scelerum causa, ut

ANT. M V S A E B R A S A.

Cebetes optime sua in tabula pinxit, Baiulos ceteris  
 præpone salute ipsa salubriores, præpone rusticos omnium  
 inuictu inordinatissimos: nudi in nuda terra dormiunt. Ci-  
 bos comedunt, nihil nutrimenti ferè accommodantes, pa-  
 ne etiam secundo, & uappa contenti, iugi labore fati-  
 gantur, imbres nihil timent, nihil pluuias, nil gelidas hye-  
 mes, aut æstuosos caniculæ soles, & tamen integra sani-  
 tate fruuntur. Nemo igitur hac re laudandus, nec ipse  
 Hercules, quam sorte habuit, & cito casuram. Sapientes  
 uero è contrario inquirunt. Non quia sanus sit, Herculem  
 ueneramus, at ad optima opera hac sanitate utitur, ni-  
 hil est ipsi antiquius, quàm bonis ancillari, quibus inferuies,  
 omnium dominus fit, non enim quo ad mores, sapientes  
 sanum esse & ualidum melius arbitrantur, sed pro ser-  
 uandis utile. quin Cynicus ille Diogenes, nunquam inualidos,  
 surdos, cæcos, debiles appellabat, sed imperitos, quos  
 philosophi homines non putant, nisi eadem ratione,  
 qua lapidea simulacra homines dicuntur. id est uoce ipsa, re-  
 minime: hinc dicendi ansam uulgus accepit, Herculi ob-  
 sequimur, qui scientijs, & doctrinis abundat, eas enim loti-  
 go sudore acquisiuit, Grammaticus est, Poeta, Orator,  
 Dialecticus, uniuersam cyclopediam habet. Nunc uulgus  
 uanissimum appellare abstineo, at non mihi tempero, quin  
 pinguis Mineruæ appellem, quippe uera bona secernere  
 nescit, quot sunt huius generis pessimi uiri? nihil gram-  
 maticæ deest, nihil rhetorices, nihil dialectices, nec (ut  
 dicam in summam) liberalium artium canonum: at scele-  
 tissimos domiticæ labis uitio, fastuosi euadunt, ac scientio-  
 la non minus sitiunt aurum, quàm auarissimi & imperitissi-  
 simi

## CERATORVM EXAMEN

simi quique pro hoc uno sudant, peierant, fraudant, calumniantur, belligerant, occidunt, non minus addicti sunt foedis uoluptatibus, quam imperiti. quid, quaeso, superest, quod hos ab indoctis distinguat, praeter titulum & pauculas literas, quae nihil aliud sunt quam igneus, & acutus in manu stulti & furibundi gladius? Has uero non adeo uilipendo, quin utiles etiam admoneam. Cebetes qui optime dixit, sicut placuerit ad bonas disciplinas ire, eiusmodi scientias habere, utile est: at nihil necesse. utiles Plato inquit uelut franae, quae feroces & instabiles iuuenum animos tenent, ne ad alia uertantur: nil uero impedit, eosdem ebrios esse, intemperantes, auaros, iniustos, proditores, & tandem insipientes. plures certe eius generis uidere licet, sunt igitur magno usui sapientes, ut Chrysippus ait, nemo autem his prudentior euadit, quam Zenon Cyprius in primo reipublicae liberales artes inutiles scripserit, addideritque solum studiosos esse liberos. uir hic nihil aliud sentit, quam ad uerum hominis studium, ut melior euadat, ad foelicitatem recipiendam, nihil afferre momenti, licet feroces animos remorentur. nemo igitur quenquam aut Herculem his scientiis, ne dicam literis, magnificat. Mox prudentes accedunt, Herculem honoramus, inquiunt, qui liberales artes degustarit, tanquam in ueram sapientiam, & foelicitatem adminicula. modice hic sistit, quoniam ardua philosophiae secreta quaerere mauult, naturae abdita inuestigare, more Socratis (posthabita uulgarium & imperitorum uia) naturae obscura in mores reducere cupit, honestas speculationes tradere. Decet uirum liberum, Plato inquit septimo de legibus, numeros in primis addiscere: quos dictae artes sequantur, ad ueram disciplinam tramites, & quasi irritamenta illae

la, inde uera disciplina respublicas gubernare docet, & Reges eos mores imitari debet, quos subditos sequi uolunt: nam omnium scelerum, & bonorum princeps causa est. proinde quid aliud est Respublicam temperare, quam sedulo quodam naturae ordine sapientia moderato, cuncta disponere? hanc partem iam nouit Hercules, considerat iugiter, & nulla non hora speculatur. De his uero nunquam satis: sed iterum clamitat uulgus, Dignus est honore Hercules, quem Rex Galliae Franciscus amat, colit, obseruat, cui applaudit, secum domestice loquitur, a secretis utitur, unam comedit, obambulatur, sodalis est, et comes, o infelicissimum uulgus, qui est Franciscus Galliae Rex? num homo & ipse mortalis? omni noxa subiectus & curis? quid illi dare potest, ut melior aut foelicior euadat? Diuitias, inquit. non sunt bonae diuitiae, nec meliorem hominem reddunt, nullus igitur, uel ipse Hercules corolla dignus est, quia Regis, aut Imperatoris domesticus sit, a secretis habeatur: num & histriones principum domestici sunt? num mimi? & fatui quos in delitijs habent? sapientes uero Herculem magni faciunt, quem insignis Rex omnium sapientissimus, omnium prudentissimus sibi in domesticum elegerit: eius iudicium tam acre est, tamque promptum & absolutum, ut quem ille elegerit, nequeat nisi uirorum maximus esse, nequeat nisi in uirtutum culmine remorari: non potest sapientissimus nisi sapientes, prudentissimus nisi prudentes, moralissimus nisi moratos eligere, et in propria consuetudine detinere. quis impudicus non expaueat ante conspectum? quis moratus non magis ad uirtutes animetur? o foelicissimum consortium, quoties nobiles illi atque moratissimi uiri unam consedent: uideor uidere potentissimum

## CERATORVM EXAMEN

Regē medias partes occupantem, ueluti solem splendēscere, cui reliqui proceres seriatim in corona tanq̄ lucentissima astra assunt, coelestem patriam imitantes: Herculem igitur sapientes admirantur, quem Rex tam sapiens elegerit, moratissimum inuenerit, in bonis perseverantē obseruet. Ad hunc ordinē uulgus addit, Herculem colimus, quē pulcherrimae amastae, delitiosae uirgines singulari beneuolentia prosequuntur, o leuissimū uulgus: file file: nullo monitore indiges, magnopere destitisti: hoc argumēto adeo uane & indecore locutum es, ut deinceps quicquid dixeris, audire noluerim. Aequē est atq; illud, Herculem laudamus, quia uitij magis abundat, quia his turpibus delitiolis uacat: nunq̄ ad mala non pronū fuisse uulgus. Hercules equidē amatur, à pulcherrimis et quibusq; turpissimis, nobilibus, et ignotis colitur, optimis uirtutibus cogūtur, nō delitijs, nō uenereis irritamentis, amice Hercule diligere, quia pulcherrimae pulcherrimā amant, optimae optimum colunt, honestissimae honestissimum uenerantur, nū & muli mutuo se scalpunt? & suā cornicē cornix amat? nec igitur mirum, si hic undequaq; insignis ab insignibus & pudicis charus habeatur: nolo a plius tua nugamēta audire uulgus, sat erit mihi, neminē ratione, qua homo magis altero natura, prestare: omnes aequales sumus, oēs eodē filo iūctos, eodē colore signatos, eisdem animae & corporis subiectos affectibus. diuitiae nihil referūt, parentes, affinitates, pulchritudines, agilitates, principū dilectiōes, corporis fortitudines, sciētiae liberales: haec nec bonū nec malū, illustrē, uel turpē hominē reddūt, sicuti autē impetus instat aequales uincere, et lōgo, interstitio superare, ea agat, quae Hercules, id est uirtutes

ad ipsos usq; cineres sequatur, earum sectatores cantet,  
uita pedibus alatis fugiat. sunt autem uirtutes, quas imi-  
tari debet, Fortitudo, Temperantia, Decor animi, Li-  
beralitas, Spes, Fides, Iustitia, Charitas, Magnificentia,  
Magnanimitas, hæc homines (ut paucis expediã) officiose  
commendant, his immortales habentur, omni ætati accõ-  
modantur, omni generi, omni patriæ, omni uitæ institu-  
to. Deniq; quisquis animũ his uirtutibus sua sagacitate  
præstiterit, splendidus efficitur, singulari uigilantia illu-  
stris, summa prudẽtia foelix: ut cum Horatio primo epi-  
stolarum libro canã,

Ad summam sapiens uno minor est Ioue: Diues,  
Liber, Honoratus, Pulcher, Rex deniq; Regum.

Postremo Hercules Princeps moratissime nihil hoc  
theatro insimulauit, nihil sum adulatus, longe absunt  
blandimenta, nihil à nobis scriptum est, ut te laudarem:  
sed ut te ipsum tibi uelut in speculo cõmostrarem: uides  
q̃ foelicissimam mentem, q̃ dignam tuo corpore illustra-  
ris: hinc dispendia imminet, hinc turbatio inuolucra  
ni acrius extollendo animo studeamus: ni uelo & remis  
incumbamus: & adeo in hac re solliciti sumus: q̃ non sine  
magno foenore uirtus crescat. uale Princeps Illustrissime:  
Patrone insignis uale: & quum non nihil ocij dabitur: no-  
stra hæc nugamenta lectitare ne pigeat. SE. hæc quæ enar-  
rasti tã uera sunt, ut nihil magis uerũ iueniri possit, at pla-  
cet ne tibi ut de cerotis agamus? B R A S. ut lubet. S E.  
unde dicta sunt cerota? B R A S. cerata potius dicenda  
sunt à cera non cerota, q̃q̃ et Græci κηρώτη, nomine uita-  
tur, & ab eisdem à cera & oleo uocentur κηπέλαι,  
S E. ob quid cera his compõnibus adhibetur? B R A S. ut

## CERATORVM EXAMEN

oleum contrahat, & diffluere non sinat, sed promptius inherere possit, & præterea, ut emolliēdi uim cōpositio ni præstet: habet & uim explendi. de olei ad ceram proportione nonnihil à Paulo scriptū est libro septimo, cap. decimo septimo. S E. illa ergo quæ linimenta uocantur, cerata sunt? B R A S. cur hoc dicis? S E. quia cera & oleo conficiuntur, & nonnullis pulueribus uel succis. B R A S. cerata prorsus sunt, sed sunt tenuiora cerata, & quæ uehementer non inhaerent, iuxta Galeni sententiā, at secū dum recentes cerata solum illa sunt, quæ ualde inhaerent, & quæ supra corium extēsa semper maxime inhaerent, consistentiamq; habent & duritiem quampiam, qua linimenta carent, licet oleum recipiant, atq; ceram. at de his nominibus à nobis digladiandum non est, sed hoc tantum sciri debet, cerata oleum & ceram recipere, & plerunq; sunt linimenta, quæ uehementer non inhaerent, ut cum multum olei receperint. S E. quoties à medico in compositione aliqua ponitur cera, & indicitur hoc modo, adde modicum ceræ, tunc pono ceram ad decimā partem uel duodecimā ad oleum. B R A S A V O L V S. quantam ceræ copiam ponis cum dicitur, ceræ q̄tum sufficit? S E. certa regula careo, sed experientia uideo q̄tum satis est, & paulatim augeo. B R A S. debet poni quarta ceræ pars, uel saltem quinta ad oleum, si cōueniens ceratum fieri debeat, recipiuntq; ferè semper resinam aut terebenthinam cerata, quia nostro tempore supra coriū extenduntur, & alicui parti applicantur, nec deinde facile dimoueri possunt. nunc uero de ceratis loquemur, ut nostro tempore hoc nomen subeunt, & quæ sunt in publico usu, & in publicis reperiuntur pharmacopolijs. S E.

ANT. MUSAE BRASA.

Sunt paucissima numero cerata, quae passim apud pharmacopolas seruantur. BRAS. quotquot sint, tu illa singulatim propones, nos autem breuibus siquid erit circa illa explicandum, corrigendum ac immutandum, explicabimus, corrigemus atq; immutabimus. uerum si lubet, in hunc angulum secedamus, ne quisquam sit nobis impedimento. SE. i pra, sequar, iamq; sedeas, nam e crumena Schedam depromam in qua cerata omnia descripta sunt quae a nobis seruantur. BRAS. depromito ut lubet. SE. haec est quam in tuas manus pono. BRAS. legas tu cerata, ut in ordinem redegisti.

SENE X. II.

Ceratum stomachale primas occupat partes. BRAS. hoc unum est ex illis ceratis, quod apud unumquemq; pharmacopolam diuersum est, nam unus compositione una sub hoc nomine seruat, quam alij haud seruant, sed & ipsi suam habent cerati stomachalis compositionem: ueruntamen a tuo incipiamus, quodnam seruas tu huius generis ceratum? SE. hoc quod sequitur.

Recipe mastiches. unc. i.

Laudani, drach. iiij.

Aloes,

Macis,

Gariophyllorum,

Spicae,

Piperis albi,

Cardamomi,

Galangae,

Cinnamomi,

Florum labruscae.

Singulorum drach. i.

CERATORVM EXAMEN

u Coriandrorū preparat.

Gallie mofcatæ,

Myrtillorum,

Sumachiorum,

Antheræ.

Mentæ siccæ

Rosarum rubrarum,

Absinthij,

Corallorum rubrorum,

Singulorū drach. iij.

Olei de spica,

de absinthio,

Singulorum unc. 5.

Resinæ pini. unc. viij.

Ceræ nouæ citrinæ. unc. iij.

Misce et fiat ceratum secundum artem. B R A S.

Ignoro quomodo unica olei uncia ad ceratum confi-  
ciendum sit satis. SE. Ego addo quantum mihi uide-  
tur, nam est pauca prorsus olei quantitas ista, quæ cera-  
tum ingreditur. B R A S. Nonnulli sunt qui ex eisdem  
conficiunt ceratum, sed ita in ponderibus à tuo differūt,  
nā ponunt, mentæ, rosarū, absinthij, corallorū, singulorū  
drach. iij. olei de spica, de absinthio, singulorū, unc. i. resi-  
næ pini unc. viij. ceræ nouæ. unc. iij. SE. Hæc nō uide-  
tur magna differentia: at in pharmacopola dexteritate  
cōsistit, de his magis & minus addere, ut cerati formam  
aptent, & pro maiori ac minori horum copia tenacius  
sit, ac minus tenax ceratum: nā quāto minus olei recipit,  
tanto maiorem habet consistentiam, neq; defluit, neq; li-

ANT. MUSAE BRASA.

quescit. BRAS. Alij sunt pharmacopola qui hoc non  
seruant ceratum, sed aliam habent cōpositionem. SE,  
quæ nam est? BRAS. Hæc quæ sequitur.

Recipe Mastiches unc.i.

Mentæ siccæ.	}	Singulorū drach. ij.	
Absinthij,			
Rosarum rubrarum,			
Aloes,			
Myrrha,			
Terre sigillatæ.	}	Sing. drach. i. Scr. ij.	
Gariophyllorum,			
Myrrha,			
Piperis,			
Cinnamomi,			
Galangæ.			
Florum labruscæ			
Fu, idest Valerianæ,			
Myrtillorum,			
Sumachiorum,			
Antheræ,			
Coriãdrorū præparato.			
Cyperis,			
Galliæ muscatæ,			
Cardamomi maioris.			
Resinæ pini.	lib. unam	}	Singulorū drach. i.
Olei mastichini.	}		
myrtini,			
de cotoneis.			
de spica.			

## CERATORVM EXAMEN

Misce, & cum cera fiat ceratum secundum artem.  
 SE. Et in hoc uidetur esse pauca oleorū q̄titas. BRAS.  
 Nōnihil plus adijcitur, si sit opus. SE. multum differt  
 eiusmodi compositio à mea. BRAS. Tamē non est  
 abijcienda neq; negligenda. SE. nō negligo, Sed miror  
 tot esse apud pharmacopolas cōpositionum diuersitates.  
 BRAS. Nunc neherentius admiraberis, quia alij sunt,  
 qui sequentē seruāt sub noīe cerati stomachalis cōpōnē.

Recipe Mastiches. drach. iij.

Alocs, drach. iij.

Gariophyllorum

Spicæ,

Croci,

Myrrhæ,

Piperis albi,

Cardamomi,

Galangæ,

Granorum paradisi,

Cināmomi,

Calami aromatici,

Florum labruscæ.

Mentæ siccæ,

Absinthij,

Rosarum.

singulorū drach. ij.

Corallorum rubrorum, drach. iij.

Olei nardini,

de spica,

de absinthio,

de cotoneis.

singulorū. drach. ij.

ANT. MUSAE BRASA.

Cera. unc. iij. 5.

Resinae pini. unc. vi.

Misce, & fiat ceratum.

SE. ego potius ita confici iuberem.

Cera, }  
Resinae } quātū sufficit. Misce, & fiat ceratum.

quare horū q̄titas haud probe adducitur? B R A S. uerū  
profecto dicis, tamē & statutū pōdus ac certū assignari  
pōt. Sed & alij sunt pharmacopolaē qui hoc seruant.

Recipe Specierum aromatum. unc. 5.

Picis naualis, }  
Resinae, } Singulorū unc. i.

Misce, & fiat ceratū secundum artem.

SE. Quid intelligunt per aromatum species? B R A S.  
Aromaticos pulueres, quales, cinnamomi, gingiberi,  
gariophyllorū, piperis, et similiū. nōnulli uero sunt qui  
ad hūc usum, ceratū de laudano uocatū, seruant, & cum  
stomachale ceratum indicitur, hoc praebent, quia ab alicuius  
thoribus dicitur ualere in in frigidato, atq; imbecillitate  
stomacho, uimq; concoctricē roborare, & dolores qui  
flatu oriuntur, auferre. cuius compositio haec est.

Recipe Mentae,

Rosarum rubrarum, }  
Absinthij, }  
Ligni aloes, } Singulorum drach. iij.  
Mastiches, }  
Cinnamomi, }  
Spice, }  
Myrtillorum, }

CERATORVM EXAMEN.

Gariophyllorum,  
Galangæ,  
Nucis muscatæ,  
Macis,  
Gingiberis,  
Galliæ muscatæ.

Singul. drach. ij. ʒ.

Cyperî.  
Calami aromatici,  
Olibani  
Aloes,  
Myrrhæ,  
Corallorū rubrorum,

Singulorum drach. i.

Zedoariæ,  
Terræ sigillatæ,  
Abrotani,  
Centonici,  
Cētauræ maioris,  
Laudani, unc. viij.  
Cere citrinæ, lib. ij.  
Terebenthinæ, unc. viij.

Singulorū. drach. i. ʒ.

Liquefiant cera, terebenthina & laudanum simul, reli-  
qua uero in puluerem redacta misceantur. SE. Eiusce  
modi compositio aliquid habet cum alijs cōe. BRAS,  
Habet etiam aliquid proprij quo ab alijs distingui potest  
cōpositionibus. alij sunt pharmacopole, qui Mesue cera-  
tū seruant, quod ipse Galeno attribuit, cū ait: Ceratum  
Galeni stomachum confortans, & emendans uitia sto-  
machi, quæ ex frigiditate sunt, preparans & confor-

ANT. MVSAE BRASA.

tans appetitum & digestionem cibi, & confortans hep-  
par, & sedans dolorem eorum. Hæc Mesue. SE. opta-  
rem potius ut Mesue compositionē adduxisses. B R A S.  
& hoc efficiam: illam igitur audito,

Recipe Rosarum drach. xx.  
Foliorū absinthij sicc, drach. xv.  
Mastiches, drach. xx.  
Spicæ Indæ, drach. x.  
Terantur hæc subtiliter, & accipe,  
Cerae mundæ. unc. iiij.  
Olei rosacei. libr. i. 5.

Dissoluatur ad ignem & lauentur lotionibus pluribus  
aqua rosacea, deinde iterū dissoluatur, & lauentur uino  
ueteri, succo citoneorum & pauco aceto, postea miscen-  
tur cum pulueribus & fiat ceratum. SE. Quæ nam com-  
positio tibi magis placet & quæ potius probas? B R A S.  
Nullam, quia diuersi affectus uentriculo contingunt, pro-  
pterea nõ semper eodem cerati genere indiget, & quia  
affectus per magis & minus differunt: iccirco cerata di-  
uersa habere oporteret, per magis & minus differentia:  
unde optarem unumquenq̄ medicum, tunc ceratum con-  
ficere, quando eo indiget, ut ad rem ægroti quem curat,  
facit, & plus uel minus addere, ut illi uidebitur, & quæ  
doq; magis calefacere, quandoq; minus, quandoq; ueheta-  
mentius exiccare, quandoq; minus, quandoq; pressius  
constringere, quandoq; minus presse, et idem est de aper-  
tione iudicium: nam pedes omnes non sunt uno calciana-  
di calopodio, neq; omnes unam & eandem habent uentri-

## CERATORVM EXAMEN

culi temperiem, neq; unus & idem est lapsus. propterea  
 q̄tum sit de stomachali cerato seruando, nullum seruandū  
 iuberem: sed maluerim ut unusquisq; medicus, secundum  
 agroti quem curat temperiem, & affectum ipsum cera-  
 tum quo indiget, indiceret. S E. Reperitur ne apud an-  
 ti quos ceratū stomachale? B R A S. Cur hoc petis? S E,  
 quia Mesue dicit ceratū quod refert esse Galeni. B R A S.  
 nunq̄ apud Galenum talis generis ceratum inueni, quale  
 illud quod Mesue adducit, secundum Galenum: tamen  
 adest apud Galenum stomachicū ceratum, nā in octauo  
 Methodi medendi libro post dimidias ferè libri partes,  
 ubi ad stomachum imbecillum præsidia ponit, cū inunctio-  
 nes diuersas adduxerit, inquit: Si uero qui affligitur cin-  
 ctum non patitur, siue ob cōsuetudinem, siue delitias cingi  
 recuset, licet cerato idē efficias, est autē in eiusmodi usum  
 optimum quod ex cera sit Tyrrhenica in unguento nar-  
 dino liquata, cui postq̄ refrigeratum est, aloes ac masti-  
 ches mollissimus puluis est admissus: debet autem singu-  
 lorum hic esse modus, ceræ ac nardi partes pares, aloes  
 pars octaua, sic etiam & mastiches, uel (si placet) huius  
 paulo aliquid plus. quòd si cerato aliquid è sumptuosis his  
 unguentis admisceas, præstantius medicamentum habe-  
 bis: si autem uētriculus intus uritur, ita ut affectus qui-  
 dam phlegmone similis in eo consistere uideatur, utilius  
 est ceratum quod ex melino cōficitur, sunt porrò & alia  
 medicamenta nō pauca, alia quidem ex œnanthe, alia ex  
 hipocystide, & balaustijs, & palmularum carne confe-  
 cta, quæ uentriculo cum refrigerando, tum uero firman-  
 do sint idonea. Hæc Galenus de suo cerato stomachico, in  
 octauo Methodi medendi libro, uerum & de ipso etiam

ANT. MVSÆ BRASÆ.

agitur in octavi libri initio de compositione medicamentorum secundum locos, cum ait. Ceratum igitur quo assidue utor, ex aloë, & mastiche, & cera pontica amara, atque unguento nardino constat. componitur uero hyeme ad octo drachmas cera, uncia una mensurali romana unguenti nardini coniecta. Aestate autem ad septem eadem unguenti proportionem. optimum autem unguentum esse oportet quale antea quidem in sola Laodicea Asia imperabatur, nunc uero in alijs multis asiaticis urbibus componitur, cera si non pontica amara tibi in promptu sit, aliam ponticam conijce, & neque illa presente, eam que Tyrrhenica appellatur. Si uero neque hæc adsit, aliam aliquam odoratam & pinguem: Si uero neque talem habeas, eam quam habere potes, lotam adde. liquefiat autem in duplici uase, atque ita refrigeratum, & erasum ceratum, cum tritis reliquis probe permisceas, cum aloë uidelicet & mastiche. Sit autem utriusque drachma una & quandoque plus, non tamen ut sesquidrachmam transgrediaris. quod si ampliori opus sit adstrictione, nimirum debilitate tanta existente, ut cibum retinere non possint, omphacium pari pondere addatur, ut trium singulorum drachma sit una, aloës una, mastiches una, & tertium omphacij. cæterum in cerati preparatione primum omphacium misceatur, deinde etiam alia his uniantur. at uero quemadmodum omphacium, ita absinthij succum ammi sceto, quandoque etiam ambo, & tertium insuper hypocistidis, & quartum œnanthæ: sic autem appello uitium syluestri germen unum cum floribus, ex quo succedentibus diebus una fit, quin & Rhois succum non raro admiscui, sed & cerati nardini copiam augere oportet, iuxta proportionem

## GERATORVM EXAMEN.

numeri reliquorum pharmacorum, ita ut si quatuor drachmæ aliarum rerum accumulètur, triens sit nardini cerati, sextans quidè ceræ, sextans autè nardini unguenti, hoc è utriusq; drachmæ sexdecim, quem Paulus secutus est. SE. Ceratū igitur quod Mesue ex Galeno adducit, Galeni nō est? BRAS. nō q; sciuerim, aut unq; inuenerim, immo argumētū est nō esse Galeni, quia illa quæ cōpōnē ingrediuntur, aqua rosacea lauat. Constat uero Galeni tēpore, rosaceā aquā ui ignis eliquatā nō fuisse inuētā, & si dicas per rosaceā aquā, rosarū decoctū intellexisse, hoc dici non potest, si quis Mesue loquēdi usum cōsideret, qui semper per rosaceā aquā, illam quæ ui ignis eliquatur, intelligit. SE. Quod nā igitur ceratū seruare debeo? BRAS. Si aliquod seruandū sit, erit hoc Galeni. SE. Si qñq; frigidus cerato indigeremus, quo nā uti deberemus? BRAS. Stomachum rarissime infrigidare oportet: nam et si in ipso inflammatio adesset, magnis et uehementibus infrigidantibus uti nunq; deberemus, quia uentriculus suapte natura frigidus est.

### SENE X . III.

Ceratū contra pestem sequitur. BRAS. nunq; audiui apud pharmacopolas eiuscemodi cerati genus seruari. SE. Deinceps hoc non dices, nā à præceptore meo seruabatur, & ego semper illud seruauī, & eo in pestilentibus temporibus magnum lucrum parauī. BRAS. refer tuum hoc ceratū. SE. iam refero.

Recipe Spērū diamusci dulcis,	}	Singulorū serup. i.
Diamargaritonis.		
Diambre.		

ANT. M V S A E B R A S A.

Camphoræ,	}	Singulorum drach. ʒ.
Sandalorum omnium,		
Corticum citri,		
Florum labruscæ,		
Been		
	rubri,	
Myrtillorum	}	

Musci gra. iij.

Resina pini.

Terebenthinæ

Singul. quātū sufficit.

Misce, & cum modico ceræ fiat ceratum, quod supra coccineum pannum extendatur, & supra cordis regione ponatur. B R A S. Nō est in usu eiusmodi ceratum, arbitrorq; Ferrariæ in nullo inueniri, præterquā in tuo pharmacopolio. S E. Tum cum pestilentia aliqui uiget, eo non mediocre lucrū facio. B R A S. Seruato igitur ad hos usus, et ad alia ceratorū gñā te cōuertito.

SE N E X.

Ceratum pro crepatis in hoc loco pixydem suam habet, B R A S. Haud pauca uidi pro crepatis cerata, at tu quod genus seruas? S E. Hoc quod sequitur.

Recipe Thuris,

Mastiches,

Sarcocollæ,

Agarici,

Lapidis hæmatitidis,

Mumiæ,

Tragacanthi.

Singulorū drach. iij.

Myrrhe



A N T. M V S A E B R A S A.

Recipe Sanguinis draconis,

Thuris,  
 Mastiches,  
 Sarcocollæ,  
 Acatiæ,  
 Lapidis hæmatitidis,  
 Mumie,  
 Tragacanthi,  
 Myrrhæ,  
 Gummi arabici,  
 Terræ sigillatæ,  
 Sanguinis humani,  
 Aloes,  
 Pilorū leporū ustorū,  
 Corticū nucis ustorū,

Singulorū drach. ij.

Gallarum cyparissi,  
 Boli armeni,  
 Lithargyrii,  
 Balaustiarum,  
 Corticum granatorū,  
 Gallarum,  
 Copularū glandium,  
 Vtriusq; aristolochiæ,  
 Vtriusq; consolidæ,  
 Lentisci,  
 Sampsuci,

Singulorū drach. i.

Picis naualis,  
 Colophonie,

Singulorū unc. ij. s.

CERATORVM EXAMEN

Resine pini,  
Terebenthine, } Singulorū unc. i. 5.

Cere citrine quantum sufficit, misce, & fiat ceratum secundum artem. S E. Mibi uidetur q̄ à meo non multū differat. B R A S. Tamē differt & in aliquibus simplicibus, & in ponderibus. at nōnulli sunt qui aliud cōficiunt, in quo aliqua sunt simplicia, quæ in præscriptis absunt, & in ponderibus est ualde diuersum. S E. Nec istud asserre pigeat, ne in hoc nostro sermone quicquā desideretur. B R A S. Immo non piget, sed compositionem audias: nam hæc est quæ sequitur.

Recipe Thuris,  
Mastiches,  
Sarcocollæ,  
Acatie,  
Lapidis hæmatitidis,  
Sanguinis draconis,  
Mumie,  
Tragacanthæ,  
Macis, } Singulorū drach. iiij.

Gūmi arabici,  
Terræ sigillatæ,  
Boli armeni,  
Gallarum,  
Lithargyrii,  
Balauſtiarum,  
Nucum cyparissi,  
Corticū mali granati, } Singulorū drach. iiij.

ANT. MVSÆE. BRASA.

Cicerum decoctorū,	}	
Aristolochiæ utriusq;		
Corticum olibani,		
Rosarū rubrarum,		
Trium consolidarum,		
Lentis,	}	
Orobi,		
Siliginis,		
Colophonix.	}	singul. unc. vi.
Picis naualis,		
Resinæ pini,	}	Sing. unc. iij.
Terebenthinæ,		
Visci quercini,		

Collæ piscium, unc. ij.

Collæ chartarum unc. iij.

Misce, & omnia quæ pinsanda sunt pinsantur, ceras  
tūq; secundum artem conficiatur. S E. Miror cur tau  
rinum glutinum non apposuerint. B R A S. Forte sub  
chartarum colla continetur, tamen & alij aliam ser  
uant compositionem, & præbent, cum ceratum præ cre  
patis indicitur. S E. Quenam est illa? B R A S.  
Hæc quæ sequitur.

Recipe picis naualis,	unc. iij.		
Litargyrij,	}	Singulorum unc. ij.	
Ammoniæ,			
Gallarum,			
Mastiches,			

CERATORVM EXAMEN

Cera alba,	}	Singulorum unc. iij.
Cera rubra,		
Colophonæ,		
Aloes,		
Aristolochiæ longæ,	}	
rotundæ,		

Visci quercini,	}	Singulorum unc. vi.
Boli armeni,		

Gypsi,	}	Singulorum unc. v.
Myrrhæ,		
Thuris,		

Terebenthinæ lotæ cum aceto unc. iij.

Lumbricorum terrestriū,	}	Singulorum unc. i.
Radiciſ utriusq; cōſolidæ,		
Mummie,		
Sanguinis draconis,		
Bdelij,		

Pellis arietinæ à pilis liberæ  
 & frustatim incisæ,                      partē unam  
 Sanguinis humani libr. i.

Ita uero conficiatur. Bulliat pellis in aqua quousq; liqueſcat, postea addantur glutinis pisciū unc. ij. & simul probe misceantur, addanturq; & ceræ & gummi & pulueres omnes, & simul agitentur ex oleo myrtino, & fiant globi, qui in uas ferreum uel æreum ponantur, & usui seruentur. S. E. Mibi tamen uidetur in unum ac

ANT. MVSÆE. BRASA.

eundem finem hæc omnia ceratorum genera incidere.  
 BRAS. Immo ambigendum non est, quia eorū finis  
 est constringere, & quæ intrinsecus disrupta sunt cōso-  
 lidare. SE. Intelligo etiā eadem ferè esse in omnibus  
 simplicia. BRAS. Tamen in aliquibus differunt sim-  
 plicibus, & i pōderibus. SE. At hæc quā nuper adduxi  
 sti cōpositio cōfusa esse uidetur, sicut & aliæ superius  
 enarratæ. BRAS. Ob hoc nōnulli sunt, qui breuiorē  
 rē parant cōpōnē. SE. Quā nā? BRAS. Hanc.

Recipe Mastiches. drac. ix.

Lapidis hematitidis,		
Gypsi,		
Boli armeni,		Singulorum unc. iij.

Gūmi arabici,		
Glutinis piscium.		Singulorum unc. 5.

Resinæ pini,		
Picis naualis,		Singulorum unc. i. 5.

Colophonie, unc. ij.

Misce & lento igne fiat ceratum. SE. Haud mihi dis-  
 splicet eiuscemodi cerati genus, quoniam breue est, nec  
 tot indiget miscellis. BRAS. Ego infinitos ferè sa-  
 nitati restitui ex enterocoele, solo ammoniaco præ-  
 parato, & diaquilone maiori, quæ sunt longe paucio-  
 ra, q̄ sint illa quæ in ceratis in pharmacopolijs ser-  
 uatis ac preparatis insunt: nam hæc duo satis est

## CERATORVM EXAMEN

unà miscere, & statim confectum est. S E. Adpro-  
positum finem intentionem habere non uidentur.

BRAS. Tamen rem ipsam perficiunt. S E. Quos-  
dam audiui qui cerato quodam Arnaldi de Villa noua  
pro crepatis utuntur. BRAS. Verum est, sed ab his  
non multum differt. S E. Optarem & illud audire.

BRAS. Hoc facile fiet, si authorem ipsum legamus  
in secundo sui breuiarij libro, capite trigesimo primo,  
cum ait.

Recipe Lithargyrij,

Lapidis hematitidis,

Sanguinis draconis,

Boli armeni,

Mastiches,

Ammoniaci,

Mumiae,

Galbani,

Thuris,

Costi,

Lūbricorū terrestriū,

Singulorū drach. ʒ.

Picis naualis,

Picis graecae,

Cerae albae,

rubrae,

Singulorū drach. i.

Radici cōsolidae maioris,

mediae,

minoris,

Sing. drach. iij.

C iij

ANT. MVS AE BRASA.

Rosarum

Myrrhe

Aloes,

Singulorū drach. iij.

Paleæ marinæ cōbusta,

Gallarum,

Balaustiarum,

Aristolochiæ rotundæ,

Singulorum drach. vi.

Visci quercini drach. ij.

Sanguinis hominis rufi. lib. i. minus q̄rta

Conficiatur hoc modo.

Accipe pellem unam hœdinam, uel arietinam cū omni-  
bus pilis suis, & decoquatur quasi bulliēdo per totum  
diem, quousq; omnia ferè liquefacta sint, & fiat sicut  
colla, & parum uel nihil de aqua ibi remaneat: deinde  
accipe librā unam ex illa aqua optime cum staminea  
uel panno collatam, & adde cum ea uiscum quercinum,  
& in olla noua lento igne liquefieri facito & bullire,  
baculo semper & continue commouendo: deinde lum-  
bricos terrestres, postea ceram & picem addas, deinde  
adde terebenthinæ drach. ij. postea colophoniam, masti-  
chen, myrrham, ammoniacum, & galbanum adde, &  
liquefac simul, & baculo semper moueatur. Signū de-  
coctionis est, q̄ ponatur una gutta ex eo supra lapidem  
marmoreum uel supra cultellum oleo inunctum, quæ cū  
infrigidata fuerit, si massatur & optime coagulatur,  
tunc signum est perfectæ decoctionis. si non massetur,  
tantum lento igne bulliat, q̄ ad hæc deueniatur. SE.  
Nescio in hac compositione quid sanguis humanus effi-

## CERATORVM EXAMEN

ciat, & quæ sit humani sanguinis cum ruptura affini-  
tas, nisi sit quia cum exiccatur, adstringere uidetur.

BRAS. Nisi ita sit, aliã prorsus rationẽ iuenire nesci  
rẽ. nã ob nullam aliam causam humanus sanguis herniæ  
prodesse potest. scito etiam pharmacopolas in primo  
simplicium ordine opium numerare, sub eo pondere sub  
quo illa sunt, simpliciter tamen author ipse (ut in suo cõ  
stat libro) opium non ponit. sed iam herniosorum cera  
ta fastidio ueniunt, optarẽq; ut unusquisq; medicus tunc  
conficeret, quando illo indiget, & uehementius & mi-  
nus uehemens, ut exigit affectus, ac ægrotantis tempe-  
ries. SE. Audiui & Gentilem Fulginatẽ ceratum  
quoddam pro crepatis confecisse. BRAS. Confecit  
prorsus, & est in libro consiliorum suorum consilio pri-  
mo. SE. Ne hoc prætermittamus obsecro. BRAS.  
Idem est cum supradictis, tamen ne laborem subterfu-  
gere uidear; iam, iam illud referam.

Recipe picis liquidæ,			
Colophoniæ,			
Ceræ citrinæ,			
Aristolochiæ longæ,			Singularũ unc. iiij.
rotundæ,			
Vermium terrestriũ,			
Aloes,			
Litargyrii auri.			
Ammoniacy,			
Opoponacis.			
Castorei,			

ANT. MUSAE BRASA.

Mastiches,	}	Singulorum unc. i.
Bdelij,		
Summachiorum,		
Terebenthinae,		
Serapini,		
Cösolidæ maioris, minoris,		

Gallarum,	}	Singulorū unc. vi.
Nucū cyparißi,		
Boli armeni,		
Succi hypocistidis,		
Mumia,		

Thuris,	}	Singulorū drach. iiij.
Visci quercini,		
Lapis hæmatitidis,		
Olibani,		
Gypsi,		
Myrrha,		

Sanguinis draconis drach. viij.

Sanguinis humani lib. ij.

¶ uero conficiatur: Accipe pellem Arietis expilatam,  
 & coquatur in aqua tandiū donec tota liquefiat: de  
 inde dimitte aquam infrigidari, & residere, postea ac  
 cipe pulueres subtilissime tritos, & setaceo cribro ex  
 cretos: gummi uero genera in uehemētissimo dissoluā  
 tur aceto, & sanguine commisceantur, & hæc omnia

GERATORVM EXAMEN.

permiscēda in collatura aquæ pellis arietis in cacabo,  
et simul bullire facito, donec ad nigredinem et cerati  
formam deueniant, et utere: notaturq; humanum san-  
guinem ab homine sano esse extrahendum et probæ  
temperiei, debetq; illico in cerato poni, cum extractus  
est, quia si diu extractus maneat, facile corruptio-  
nem incidit. SE. Omnia ferè ex eisdem simplicibus  
fiunt eiusdem generis cerata. BRAS. Tamen in ali-  
que semper differunt.

SE N E X.

V.

Ceratum gratia Dei post prædicta scriptum sequitur.  
BRAS. Et istud quoq; est apud diuersos pharmaco-  
polas diuersum, tu illud exprime quod confectum ser-  
uas. SE. Hoc seruo.

Recipe Picis naualis, }  
Cera, } Sing. unc. ij. drach. iij.

Serapini. unc. ij.

Ammoniæ, }  
Terebenthinæ, }  
Colophonie } Sing. unc. i. drach. iij.  
Crocæ, }

Aloes, }  
Thuris, } Sing. unc. i.  
Myrrhæ, }

ANT. M V S A E B R A S A.

Opoponacis,  
Galbani,  
Styracis calamita,  
Mastiches,  
Aluminis,  
Fœnu græci,

Singulorū drach. vi.

Thymiamatis,  
Bdelij,

Singulorū drach. iij.

Lithargyrij drach. i. s.

Misce, & fiat ceratum secundum artem.

B R A S. Alij sunt qui aliud seruant gratia Dei uocatum. S E. Quale nam? B R A S. Istud.

Recipe cera alba,  
Resinæ pini,  
Ammoniaci.

Singulorū unc. vi.

Terebenthinæ unc. iij.

Galbani,  
Olibani,  
Mastiches,  
Myrrhæ,

Singulorum unc. 5.

Aristolochiæ rotundæ, drach. ij.

Terenda terantur, & infundantur in uinum in quo decocta sint.

Betonice.  
Verbene,

# CERATORVM EXAMEN

Consolida maioris,  
                   minoris,  
 Centaurea,  
 Pimpinella,  
 Hypericonis,  
 Herba gratia Dei,  
 Bantia,

Singulorum unc. i.

Postea extrahantur, & cum mulieris lacte conquassentur. SE. Hoc est unguentum. B R A S. Immo ceratū est, & ad omnia uulnera aptū, nam carnem gignit ac consolidat. sunt & alij qui hoc parant.

Recipe Galbani,  
 Opoponacis,  
 Viridis eris,  
 Thuris,  
 Aristolochia longa,  
 Mastiches,  
 Myrrha,

Singulorū unc. i.

Ammoniacy unc. ij. drach. ij.  
 Cere unc. viij.

Olei communis,  
 Lithargyri,

Singulorum unc. viij.

Bdelij unc. ij.  
 Adamantis,  
 Lapidis hematitidis,  
 Calamita,

Singulorum drach. i.

ANT. MVSÆ BRASA.

Cōficiatur secundū artē addēdo unc. vi. terebēthine, & drachmas quatuor gūmi abietis, cōficiaturq; in massas. SE. Arbitror illos qui hoc cōficiunt ceratū adamanē nō apponere. BRAS. Neq; ego hac in re ambigo, imo uidi utri frustula apponi. sunt alij qui ita conficiunt hoc gratia Dei ceratum.

Recipe Lithargyrj, lib. i. unc. v.

Galbani. unc. i. drach. ij.

Ammoniāci. unc. iij. drach. iij.

Cera citrina,  
Colophonie,

} Singulorū unc. viij.

Olibani, unc. ij. drach. iij.

Bdelij, unc. ij.

Opopanacis,

Aristolochiæ rotūda, } Singulorū unc. i.

Olei ueteris lib. ij. s.

Misce, & fiat ceratum secundum artem.

Alij uero ita conficiunt ac seruant,

Recipe Galbani,

Opopanacis,

Olibani,

Myrrhæ,

Floris æris,

Mastiches,

Aristolochiæ rotūda }

Singulorum un. i.

CERATORVM EXAMEN.

Ammoniacy, unc. ij.

Cera citrina unc. i.

Lithargyrij auri, \_\_\_\_\_

Olei comunis, \_\_\_\_\_

} Singulorū lib. i. s.

Misce, & fiat ceratum secundum artem.

Alij qd' sequitur gratia Dei cōficiūt, & cū indicit' præbēt.

Recipe Galbani, \_\_\_\_\_

Ammoniacy,

Opopanacy,

Viridis æris,

Aristolochiæ rotūda,

Mastiches, \_\_\_\_\_

} Singulorū unc. i.

Cera noua unc. x.

Terebēthina unc. vi.

Olei oliuarum, \_\_\_\_\_

Lithargyrij auri,

Olibani unc. ij.

} Singulorū lib. i. s.

Myrrha,

Thuris,

Bdelij,

} Singulorum unc. i.

Calamita,

Lapidis hæmatitidis, \_\_\_\_\_

} Singulorum arach. i.

Hec omnia in pulcrem redigantur, præter ceram & gummi genera, & ita ceratum conficiatur: primo gūmi genera cultro incidantur, & per diem ac noctem in acri aceto infundantur: postea bulliant in lin-

ANT. MVSA E BRASA.

gula igne lento, quoad acetum consumptum sit, baculo autem semper agitentur: deinde in lineum pannum fortem ponantur, & duobus baculis in capitibus telae lineae positis extorquendo ui exprimantur, in uaseq; seruentur: postea oliuarum oleum accipiatur, in quod cera in parua frustula redacta ponatur, & ad igne posita simul liquefiant: postea lithargyrium addatur egregie puluerizatum, & bulliant semper agitando, ne fundo inhaereant, donec color mutetur, & nigrum fiat: postea gumi addantur, & paulatim bullire sinantur, quoad gumi sint dissoluta, semper uero baculo sensim agitentur, saepeq; lingulam ab igne depone, ne ob uehementem ebullitionem extra uas medicamentum saliat: tantum uero bulliant, ut ad illam deuenierit consistentiam, & gutta una in aqua frigida posita densetur, tunc enim coctum esse existimandum erit. Si uero non densetur, iterum bullire permittatur, quoad densescat, cum ad hoc peruenierit, adde uiride aris egregie puluerizatum, baculo semper mouendo, quoad una iungantur, postea myrrham adde, & tertio aristolochiam, quarto mastichen, deniq; thus, olibanum, magnetem, lapidem hematitum, simulq; decoquantur baculo semper agitando, ne fundo inhaereant, & ut egregie misceantur, adeoq; decoquantur ut ad nigredinem deueniant cum rubedine, tunc guttam in frigidam aquam deponito: si digitis non adhaereat oleo inunctis, coctum est, tunc ab igne remoueat baculo semper agitando: postea in peluim aqua frigida plenam ponatur, in qua dimittatur quoad manibus tractari possit, ut globi fiant, & ne manus exurat. aliqui sunt qui aristolochiae rotundae loco longam apponant.

SE.

*generd*

## CERATORVM EXAMEN

S. E. Ad quos ualet affectus hoc ceratum? B. R. A. S. Si illa quae de eo feruntur uera essent, nullo alio indigeremus cerato ad tot remouendos ualet affectus. nonnulli recentes ab authore illud uocant ceratū Gotfredi, quod inquit habere uirtutē potius diuinam q̄ humanam.

S. E. Vires ipsius ni piget, referas. B. R. A. S. Non piget prorsus, imo audias: inquit ualere ad oēs plagas nouas, & antiquas & uetustissimas, & supra oia unguenta ac emplastra ualde abstergere ac mūdificare, bonā carnē gignere, & in una hebdomada magis cōsolidare, q̄ cetera faciant unguēta in uno mense: neq; permittit corruptionē fieri in aliquo ulcere, nec prauā carnē generari: conuenit neruis oibus incisis & concussis, atq; musculis à quacūq; causa hoc contigerit: etiā iflationi oī aduersatur: ferrū, lignū, uitrū ē carne educit. Si hoc ceratū supraponatur, uenenū etiā attrahit morsui cuiuscūq; animalis uenenosi suppositū: oēm abscessum sanat: carcinomati, carbunculo, fistulae, & igni sacro opem fert: ualet ad cuiusuis ulceris dolorem, ubi corruptio adsit: unicuiq; percussioni conuenit, uel mēbri obtortioni, & praesertim quādo aliquid adfuerit corruptū, strumas, acnatas dirumpit, & sanat: omnes abscessus qui in hominum costis fiunt uel in dorso, uel in hepate sanat, si supra locum ponatur, & dolorem remittit: podagricos dolores remouet, haemorrhoidibus succurrit, cum extra apparent: conuenit & ad capitis inflationem.


S. E. Alia igitur sunt dimittenda cerata, si ad tot ualet affectus. B. R. A. S. Immo nunc ipsum dimittamus, & ad alia ceratorum genera contemplanda pedem uertamus.

Cerata capitalia sequuntur BRAS. Quot seruas capitalium ceratorum genera? SE. Duo, unum temperatum, aliud calidū. BRAS. Cur frigidū deseris? SE. Quoniā cum frigidum indicitur, semper præbeo temperatū. BRAS. Tamē agroti nonnunq̄ frigidō idigēt, in distillationibus præfertim. SE. Frigidū i meo phar macopolio nunq̄ seruaui. BRAS. Reseras igitur cerata quæ paras capitalia. SE. Hoc est tēperatum.

Recipe Galbani,

Terebenthinæ,

Resinæ,



Singulorum unc. i.


Acatia,

Maioranæ,

Rosarū rubrarum,

Myrtillorum,

Thuris,



Singulorū drach. ij.

Mastiches, drach. ʒ.

Misce, & fiat ceratum.

BRAS. Putas ne tu hoc esse tēperatū? SE. Ita alia diui. BRAS. At potius calidū est q̄ temperatū: nā calidarū rerū uiginti sex drachmas recipit, frigidarū uero octo & semis, calidæq; in maiori intēsiōe calidæ sūt, q̄ frigida frigida. alij sunt Ferrariæ qui idē ferē cōficiūt ceratum, sed duas apponunt sandaracæ. i. gummi iuniperi drachmas, & loco semidrachmæ mastiches, intea

## CERATORVM EXAMEN

gram ponunt boli armeni drachmam. alij tamen sunt  
qui ceratum capitale temperatum ita conficiunt.

Recipe Nucum cyparissi,

Mastiches,

Olibani,

Sandaracæ scriptorū,

Rosarum,

Balaustiarum,

Singulorum drach. i. s.

Nucis muscate,

Cinnamomi,

Gariophyllorum,

Singul. drach. i.

Misce, et cum pulueribus resina p<sup>in</sup>, et terebēthina  
quātū sufficit fiat ceratū, qđ prorsus magis tēperatū ē,  
qđ id quod facis. aliqui addunt Galbani dissoluti in aceto  
unc. iij. at nunc tuum calidum refer capitale ceratum.  
S E. Est hoc quod referam.

Recipe Pimpinellæ,

Agrimoniæ,

Pulegij,

Lauandulæ,

Millefolij,

Cōsolidæ maioris,

Matris syluæ,

Betonicæ,

Saluæ,

Pelofellæ,

Centaureæ minoris,

Singulorum lib. i.

D ij

ANT. MVSÆ BRASA.

Thuris, }  
Mastiches, } Singulorum unc. ij.

Iridis }  
Aristolochiæ rotūda, } Singulorum unc. i. s.

Gūmi heleni, unc. iiij.  
Resinæ unc. s.

Terebenthinæ }  
Olei abiegni, } Singul. lib. i. unc. iiij.

Ceræ albæ lib. i. unc. iiij.

Vini albi quantum sufficit, ad infundendū per no-  
uem dies: postea ad uini consumptionē ebulliant, & per  
lac uehementer ducātur, & cōficiātur globi. B R A S.  
In lacte circunduci haud mihi placet, immo hanc cum  
lactē miscellam penitus abijcerem. alij sunt qui pro  
calido capitali cerato hoc parant.

Recipe Aloes, }  
Calamenthi, } Sing. partes æquales.  
Pulegij, }  
Corticum citrorū, }

Misce, & cum laudano ac modico acatiæ conficiatur.  
Alij uero hoc cerati genus ita conficiunt.

Recipe galbani, unc. i. s.  
Resinæ, unc. i.

CERATORVM EXAMEN

Sandaracæ,  
Thuris, } Singulorum unc. ij.

Corticum thuris drach. iij.  
Mastiches unc. i. 5,  
Nucis cyparissi drach. i.

Maiorannæ,  
Myrtillorum,  
Rosarum rub.  
Nucis muscatæ,  
Cubearum, } Singulorum drach. 5.

Misce, & fiat ceratum secundum artem.

S E. Sum ne hoc pro calido seruaturus? B R A S. O= ptarim ut medici tunc indicent, quādo indigēt, & mo do magis calidum, modo minus confici iuberent, ut exi git affectus, quo egrotus afficitur, & semper eodem modo non indicare, ne pedes omnes uno calceo induere muelle uideamur. nonnulli uero sunt qui seorsum ceratū quoddam seruant, quod inquit ad catarrhi decursum conuenire, si supra coronalem suturam extēdatur, loco prius abrafo, & quoad rubuerit perfricato. S E. Qua le nā est? B R A S. Istud quod sequitur: at nunq̄ appli= cāt, quin prius supra locū cucurbitulā apponi iusserint, atq; scarificari, qñq; et locū scylla perfricandū uolunt.

Recipe laudani,  
Gummi heleni,  
Sandaracæ, } Sing. partes æquales.

D iij

ANT. MUSAE BRASA.

Olibani,  
Styracis liquida,  
      sicca,

|  
|  
|

Misce, & fiat ceratum, cui nonnulli ut uehementius red  
dant, myrrham addunt. alij sunt, qui aliud in hoc affe-  
ctu conficiunt, & frigidum ceratum capitale uocant, ex  
his uero conficitur.

Recipe Galbani preparati unc. i.

Resinae drach. iij.  
Sandaracae drach. iij.  
Thuris drach. i.

Rosarum  
Acaciae  
Myrtillorum

|  
|  
|

Singu. drach. iij.

Camphorae grana vi

Misce, & fiat ceratum secundum artem.

SE. Optarem ut tu calidum, frigidum, & tempera-  
tu ceratum capitale conficeres, mihiq; praebes ut semp  
seruarẽ. BRAS. Nosti me rarissime idicere eiusmodi  
cerata, sed semper preparari iubere, ut mihi uidetur  
ratioe affectus quẽ curo, in ut norma quãdã tibi tradã,  
si capitale calidũ desideras ita prorsus conficiendum est.

Recipe nucis muscatae,

Galangae,  
Acori,  
Calami aromatici.

|  
|  
|

Singulorum drac. i.

## CERATORVM EXAMEN

Cinnamomi,  
Gingiberis,

|

Salvia,  
Ruta,  
Baccaræ,  
Hyssopi,  
Libanotidis,

|

Singulorum drach. ij.

Olei rutacei,  
Cera  
Resinæ pini,

|

Singul. quātū sufficit.

Misce, & fiat ceratum.

At si frigidum ceratum cupias, quo non nisi in destil-  
lationibus utimur, & presertim tenuibus, hoc con-  
ficere poteris .

Recipe Mastiches,

Rosarum rub.

Balaustiarum,

Gummi iuniperi,

Corallorum alborum,

Boli armeni,

Terræ sigillatæ,

Acatie,

Olei rosati,

Resinæ

Ceræ,

|

Singul. drach. i.

|

Singul. quātū sufficit.

D iij

ANT. MVSÆ BRASA.

Misce, & fiat ceratum,  
Si uero temperatum petas, ita conficiatur.

Recipe Boli armeni,	}	Singul. drach. i.
Mastiches,		
Acatie,		
Myrtullorum,		
Thuris,		
Corallorum alborum,		
Maiorana,	}	Singul. drach. i. 5.
Stœchadis,		
Saluia,		
Resinæ pini	}	quantum sufficit
Ceræ		
Olei rosacei,		

Misce, & fiat ceratum,  
SE. Placet ne tibi ut ita conficiam & seruem?  
BRAS. Hoc non assero, sed mihi satis fuit formam  
quandam horum trium ceratorum tibi præstitisse.

SENE X.

Ceratum pro splene huc accedit. BRAS. Rari ser-  
uant compositionem aliquam uniuersalem: sed ut à me-  
dicis tunc indicitur, conficiunt. SE. Tamen ego sem-  
per hoc seruauit, & adhuc seruo & cum à medicis cera-  
tum pro splene indicitur, præbeo.

CERATORVM EXAMEN

Recipe Ammoniacy præparati, }  
Diaquilonis maioris, } Singulorum. unc. vi.

Specierum unguenti pro splene unc. iij.

Cum Terebenthina & cera quantum sufficit,

Misce, & fiat ceratum. BRAS. Non dixi raros ser-  
uare, quia nulli seruent, sed aliqui sunt & perpauca,  
& inter se dissidentes, nullusq; alius Ferrariae inueni-  
tur, qui tuum seruet pro splene ceratum, aliqui uero  
hoc quod sequitur seruant.

Recipe Ammoniacy, drach. vi.

Bdellij albi, drach. iij.

dissoluantur cum aceto scyllitico

Tamarisci drac. 5.

Scolopendriae,

Se. agi casti,

} Singu. scrup. ij. 5.

Seminis plantaginis drach. 5.

Cerae albæ drach. ij.

Misce, & cum resina fiat ceratum ad formam splenis  
ac magnitudinem, quam medicus formare debet, ut  
tactui duritiem persensit ac magnitudinem. Alij uero  
hoc seruant.

Recipe Tamarisci,

Scolopendriae,

Seminis agni casti,

Seminis plantaginis,

} Singulorum scrup. ij.

Ammoniacy unc. 5.

Bdelli drach. iij.

ANT. MUSAE BRASA.

Gummi dissoluantur in aceto scyllitico, & post infrigidationē aliarū rerū pulveres addantur, & fiat ceratum secundū artem, tamē illud quo plerūq; usus sum, est ualde precipuū, ad lienis dolorē & duritiem emendanda. SE. Quod nam est? BRASA. Hoc quod tibi referā.

Recipe Seminū agni casti,

- Tamarisci,
- Ceterach,
- Radicum iridis,
- Absinthij,
- Affari,
- Apij,
- Stœcadis,
- Prasij,
- Valerianæ,
- Acori,
- Lupinorum.
- Sisymbrij,
- Ebulorum,

Singulorum drach. i.

- Amygdalarū amararū
- Corallorū rubrorum,

Singulorum dra. ij.

- Radicū capparorum,
- Panis porcini,

Singulorum drac. iij.

- Hellebori nigri,
- Lapidis armeni,

Singulorum drac. iij.

- Bdellij,
- Euphorbij,
- Ammoniacci.

Singulorum drach. i. s.

CERATORVM EXAMEN

Olei de capparibus,	}	Singulo. quātū sufficit.
Cera,		
Resina pini,		
Terebenthina,		

Misce, & fiat ceratū secundum artem,

SE. Vehementissimum esse debet eiuscemodi ceratum  
 BRAS. Tale est ut lienis durities resoluat, & eiusdē  
 partis dolorem emendet. SENE X.

Ceratū diuinū accedit. BRAS. Nunq̄ audiui ullam  
 esse de hoc cerato apud authores factā mētionem. SE.  
 Is pharmacopola qui hāc artem me docuit, semper hoc  
 seruauit, licet raro uēderet, & ego semper seruauī, q̄  
 uis neq; unciā uēdiderim, ut tota illa quātitas adhuc sit ī  
 pyxide, quam primo confeci. BRAS. Optime fecisti  
 quia res diuinā nō uēduntur, at ipsius compositionem re  
 fertō. SE. Ita conficitur.

Recipe Galbani. drac. i.

Ammoniā,	}	Singulorum drac. ij.
Opoponacis.		
Aristolochiæ rotundæ, drach. i.		
Cera citrinæ, drach. iiij.		

Myrrhe,	}	Singulorū drach. i.
Olibani,		
Viridis æris,		
Bdellij,		

Lapidis calamitæ,	}	Singulorum. drach. ij.
Hematitidis,		

ANT. MVS AE BRASA.

Lithargyrij unc. iij.

Olei oliuarum unc. vi.

Misce, & fiat ceratum secundum artem.

BRAS. Ad quem conficitur usum? SE. A te libenter hoc addiscerem, quia nunquam uel ipsius minimum uendidi. BRAS. Arbitror lienis duritiei conuenire, & omnia praedura emollire posse ac resolvere.

SENEX VII.

Cum in usu non sit praedictum ceratum, Ceranum contem-  
plemur. BRAS. Ceranum potius nuncupandum est, quia,  
ut Nicolaus inquit, a cera nomen sortitum est, quod dicit ua-  
lere ad humerorum dolorem, & pectoris ex frigidita-  
te, & si humor frigidus illuc delabatur, illum resolvere,  
splenem remollire, ad hydropem ualere, quae ex causa  
hepatis frigidi excitata sit: ob eandem causam matricis fri-  
giditati suprapositum, multum resistit, immo adde plu-  
rimum ualere in fractis ossibus, & e proprio loco re-  
motis, quando materiae multae illuc decurrere. at compositi-  
onem quam paras referto. SE. Est illa Nicolai.  
BRAS. Cum uideam uos plerumque ab authoribus  
esse diuersos, optarem, ut modum quo conficis, refer-  
res. SE. Ita conficio.

Recipe Picis naualis bene colatae } Sin. unc. ij. drac. iij.  
Cerae, }

Serapini. unc. ij.

CERATORVM EXAMEN

Ammoniacci	}	Sing. unc. i. drach. iij.
Terebenthinae,		
Colophonie,		
Croci,		
Aloes.	}	Singulorū unc. i.
Thuris,		
Myrrhae,		
Opoponacis,	}	Singulorum drach. vi.
Galbani,		
Storacis calamitæ,		
Mastiche,		
Aluminis,		
Fœnu græci,		
Styracis,	}	Singulorum drach. iij.
Bedelij,		

Lithargyrij drach. i. 5.

Ita uero conficiatur, Serapinum, ammoniacum opoponax aliquantulum tusa in uino ponantur, ita ut eotegantur, & ita per noctem maneant, maneque bulliant ad uini medietatis consumptionem, & uase super ignem posito, cum bullire incipiet, pix naualis bene colata addatur, & baculo semper agitetur, pice liquefacta cera addatur, qua liquefacta imponatur colophonia, styrax deinde addatur pistillo calido trita, post hanc mastiche & olibanum, deinde myrrha & bdelium, interuallo postuo terebenthina addatur, & sequantur alumen, &

ANT. MVS AE BRASA.

lithargyriū, deniq; scenugracū apponatur, cūq; fuerit coctum, supra tepidam aquam fundatur, & manibus ab aqua extracto exprimatur, do nec tota aqua inde exeat: deinde puluis aloes super marmor oleo laurino inunctum misceatur, deinde croco puluerizato, & manibus eodem oleo inunctis conformentur massa.

BRAS. Hæc est præcise Nicolai cõpositio, quã oēs conficiunt, & si aliqua sit apud aliquos diuersitas, in solis est ponderibus, nõ autem in simplicibus.

SENE X

VIII.

Ceratū apostolicon, post ceroniū sedē habet. BRAS. Et hoc est Nicolai, de quo mirandum est qui dixerit emplastrum, id est dura confectio, apostolicon, id est suprapositum uel supramissum, cum ab Apostolis ita nūcupatum sit, ac si sit ab ipsis missum & inuentum: nam Apostoli inungebant egros et sanabatur, & alia applicabant præsidiorum genera, hinc nonnulli suis cõpositionibus authoritatē præbere uolentes, illas Apostolorū nomine aut prophetarū nominabant. SE. Ab apostolis igitur nomen habet? BRAS. Ita arbitror, & cõpõnē quã cõficus referto. SE. Hæc est quã seruo. Recipe Lithargyrij unc. vi.

Cera rubra,	—	} Singulorū unc. ij.
Colophonia,	—	

Propolidis,	—	} Singulorum unc. i.
Visci quercini	—	

## CERATORVM EXAMEN.

Ammoniacy,  
Magnetis, Singulorum unc. vi.

Mastiches,  
Olibani,  
Mumia, Singulorum unc. ʒ.

Terebenthina,  
Galbani,  
Bdelij,  
Myrrha,  
Aeris usti,  
Sarcocolle,  
Lapidis calcis,  
Diptamni,  
Aristolochie rotunda,  
Prasij uiridis,  
Opopanacis, Singulorum drach. iij.

Ha uero confici debet, opopanax, ammoniacum, & galbanum aliquantulum tusa per noctem in uino ponatur, quod in tanta sit copia, ut tegantur, mane bulliant, quoad liquefiant, & per colatorium colentur, & iterum bulliant ad uini consumptionem, lithargyrium in puluerem subtilissimum redactum, cum sufficiente oleo in uase distemperetur, & super ignem ponatur, & tam diu spatula agitur, donec super lapidem positum in modum cerae spissetur, statimque cera addatur, qua liquefacta additur colophonia, postea, mastiche, & olibanum, deinde myrrha, factoque interuallo Bdelium injiciatur, deinde uiscus

ANT. M V S A E B R A S A.

quercinus, quo liquefacto addatur terebenthina, qua li-  
 quefacta uas ab igne deponatur, et gūmi genera adijciā-  
 tur, iterumq; uas ad ignem suspendatur, & aliquantu-  
 lū bullire sinantur, baculo semper cōmiscēdo: deinde sar-  
 cocolla addatur, & magnes: intervallo factō flos aris  
 adijciatur, & lapis calcis, deinde aes ustum, & baculo  
 semper agitentur, donec aliquantulum rubere incipiat,  
 deniq; diptamnum, & aristolochia rotunda addatur: po-  
 stea in aquam frigidam infundatur, & ab aqua extra-  
 ctū manibus exprimendo, & concutiendo ita tractetur,  
 ut tota exeat aqua, & munctis manibus oleo laurino  
 globi conformetur, usuiq; seruentur. B R A S. Hoc  
 est Nicolai Apostolicon. S E. Est, ut arbitror, B R A S.  
 At nonnulla audias in tua hac cōpositione errata, unum  
 est cum conficiendi modū doces, aris florem ponis qui  
 non erat in compositione relatus. S E. Ego aliās hoc  
 animaduerti, sed nunq̄ percunctatus sum cām. B R A S.  
 Veruntamen in quo error consistit notato: cum retulisti  
 lapidis calcis, sunt duo simplicia. s. lepidos non lapidis &  
 calcis, est uero λεπίσ. aris squama, itaq; in authore le-  
 gēdum est, lepidis, calcis, diptamni, aristolochie rotun-  
 de, prasij uiridis, opopanacis, singulorū drach. iij. Er-  
 ror præterea est in compositione, quam adduxisti, cum  
 ais ammoniaci, lapidis magnetis, singulorū. unc. vi. nam  
 legi debet, singulorum. drach. vi. illiq; magis aberrant  
 qui dicunt lithargyrij. unc. xvi. S E. Ad quos ualet  
 affectus eiusmodi ceratum? B R A S. Ad strumas re-  
 centes conuenit, probam carnem inducit, nam cutim  
 attenuat, & nutrimentum attrahit, inspissat, cicatricem  
 implet, abscessus in corpore, ut in pulmone, stomacho,  
 iecore,

## CERATORVM EXAMEN

icore, diaphragmate emendat, ad oëm frigidū abscessū  
 ualet, in quacūq; sit parte, dolores, durities, & tumores  
 emēdat, & præcisos neruos, et pūcturas sanat, cōtra ue  
 nenatorū morsus adhibetur, quia ad circūferentiā attra  
 hit, eadē rōne fistulis cōpetit, quia saniē attrahit, et lo  
 cum emūdat, extrahit absq; dolore tela in humanū cor  
 pus infixā. ad renum dolores conuenit.

S E N E X.

I X.

Et si ad tot cōpetat, ut nullo alio cerato indigere uidea  
 mur, tñ oxycroceū contēplemur. BRAS. Vt lubet,  
 uerū cōpōnē quā facis referto. SE. Hanc ego paro.

Recipe Croci,

Picis naualis,  
 Colophonia,  
 Cera citrina,

Singulorū unc. iij.

Terebenthina,  
 Galbani,  
 Ammoniāci,  
 Myrrha,  
 Olibani,  
 Mastiches,

Singulorum unc. i. s.

Misce, & fiat ceratum secundum artem.

BRAS. Et hæc etiam compositio apud Nicolaum  
 extat, qui ait oxycroceum uocari ex aceto & croco, &  
 præcipue ad ossium fracturas ualere, et ad mēbra quæ

E

ANT. MVSAE. BRASA.

dolore aliquo affliguntur, & ad duros abscessus in quacumque corporis fuerint parte, nam remollit & dissoluit, ita uero confici debet: galbanum & ammoniacum aliquantulum tusa in sufficienti quantitate aceti per noctem infundantur, & mane ad ignem suspendantur, & eliquentur, postea colentur, deinde iterum coquantur, donec aceti pars consumetur, tunc nualis pix addatur, quæ liquæfacta cera addatur, quæ etiam liquæfacta addatur colophonia, deinde terebenthina, & interposito interuallo, mastiche, et olibanum, et myrrha addatur, spatula semper commiscendo, denique cum probè coctum fuerit, in aquam frigidam infundatur, postea extrahatur manibus exprimendo, ut aqua exeat, inde super marmor oleo laurino inunctum cum puluere croci bene pinsatur, & in massa conformetur, quæ reseruentur ad usus. SE. Ego semper ita conficio. BRAS. Vñ notato, simplicia secunda ab aliquibus poni ad pondus unius uncie & semis, ut tu posuisti, ab alijs ad pondus uncie unius & drachmarum trium: at hæc non est magna differentia, tu semper morè tuum seruato. SE. Fieri ne potest, ut omnes ita conficiant oxycroceum? BRAS. Ita profecto est.

SENE X.

X.

Ergo ad diaquilonem album cõtemplandum accedamus. BRAS. à quo authore accipis eiusmodi ceratum? SE. A Mesue. BRAS. Et Mesue illud uocat emplastrum, & de mucilagibus etiam emplastrum uocatur, at modum quo illud conficis refer-

## CERATORVM EXAMEN

to. SE. Hic est modus.

Recipe Mucilagis Althææ, |  
Fœnu greci | } Singulorum unc. iij.  
Seminum lini, | }

Olei ueteris lib. iij.  
Lithargyrii auri lib. iij.  
Cerae albæ unc. vi.  
Terebenthinæ unc. iij.

Mucilagines & oleum unâ bulliant ad consumptionem mucilaginum, deinde lithargyrium & oleum simul bulliant igne lento, ad perfectam usq; cocturam: de- niq; ceram adde & terebenthinam, & cum refrigeratum fuerit, adde pulueris iridis drachmas duas, & cō- misce. BRAS. Mesue uidetur sub alio ponderis ordine conficere, & sub alio etiam conficiendi mo- do. SE. Quonam? BRAS. Isto.

Recipe mucilaginis fœnu græci, |  
Seminum lini, | } Sing. partē unam.  
Radicum althææ, | }

Lithargyrii preparati, partem unā. 5.  
Olei antiqui clari, partes. iij.

Ita uero conficiatur, lithargyrium & oleū sint mista, diu in lapideo mortario, ferreo pistillo conquassentur,

E ij

ANT. MVSAE BRASA.

Et in hac concussione diu laboret, tum deinde bulliat super ignem cum facilitate, sportula semper agitando, quousq; lithargyrium coaguletur, tunc ab igne deponatur, paulatimq; infrigidari sinatur, postea mucilagines accipiantur, & bulliant ebullitione aliqua, deinde iniice mucilagines supra lithargyrium semper concutiendo, donec egregie simul misceantur, tunc iterum coquatur, donec inspissentur, inquit Hamech: felicissimum erit opus eius, si cum eo puluis iridis triti commisceatur, mirabilis est iuuamenti ad resoluendum, & maturandum fortiora. si autem meliloti mucilagines & proprie ipsius seminis addideris, tunc erit eius operatio uehementior, & sunt qui pro communi oleo, irinum oleum, & chamæmelinum accipiant, & erit in cunctis nobilior. ita conficit Mesue, neq; terebintham apponit neq; ceram. SE. unde deduxit hoc nomen diaquilon? BRAS. Diachylon dici debet, ac si diceretur de succis, quia compositio est ex succis, hoc est mucilagibus facta. SE. quibus confert assectibus? BRAS. Lienis duritiei confert, Iecoris uentriculi, & in summa ad omnes duros abscessus conuenit, & ad strumas, nullum est pharmacopolium in quo non inueniatur, tamen omnes ceram addunt & terebintham. SE. Absq; his uideretur unguentum.

BRAS. At si memoria habes quæ superius dicta sunt de unguentis, unguentum uere dici non potest, licet Auicenna ipsum inter unguenta numeret. SE. Auicenna ergo de hoc egit? BRAS. De ipso in quinto canonone mentionem facit, tractatu undecimo, ubi de un-

CERATORVM EXAMEN

guentis tractat, & emplastris, & inquit ad nodos  
& strumas conferre, & ad abscessus duros, cuius  
permistio hæc est.

Recipe foenū græci,  
Seminū lini,  
Althææ albæ,

} Singul. chelesati. i.

Infundatur unūquodq; horum per se die & nocte, dein  
de accipiatur de uniuscuiusq; mucore siue mucilagine  
lib. i. & quarta

Lithargyrij, lib. i. 5.

Olei, lib. ij.

Bulliant mucilagine ebullitione una, deinde auferan-  
tur ab igne, & postea bulliat oleum cum lithargyrio,  
donec coaguletur, & eius color alteretur: deinde  
proijciatur supra ipsum mucilagine, una post aliā,  
& igne lento coagulentur. S E. Est totum in pōdere  
differētia. B R A S. Sed neq; magna, Serapio &  
ipse eandem ferē habet descriptionem, tractatu septi-  
mo, capite. 38. uocatq; cōpositionem hanc unguentum  
de mucilaginibus, & ita conficit.

XI

Recipe mucilaginis foenu græci,  
Seminis lini,  
Althææ,

} Singul. lib. 5.

Decoquantur donec inspissentur, deinde accipiatur li-

E ij

A N T . M V S A E B R A S A .

bram dimidiam merdasengi, idest lithargyrij, & deco-  
 quatur cum libra una olei, postea supra ipsum adijciā-  
 tur mucilagines, & manu tractetur, donec misceatur,  
 & unum fiant. Rasis in septimo ad Almansorem ubi  
 de strumis agit, eadem utitur descriptiōe, & Halyabbas  
 in. x. practica, nulla est apud hos authores nisi in pon-  
 dere differentia, ueruntamen Rasis in libro de iunctu-  
 rarum aegritudinibus, capite. 26. descriptionem quan-  
 dam habet diachyli ab hac lōge diuersam, at horum nul-  
 lus ceram adijcit, & terebinthinam, quae tu in com-  
 positione tua adijcis. S E. Ita semper confeci,  
 B R A S. At praeter authorum intentionem confecisti,  
 scito autem aliquos esse qui diachylon magnum Mesue  
 conficiunt, & cum simpliciter diachylon indicitur, il-  
 lud praebent. S E. Isti maxime errant. B R A S.  
 Tecum facio, nā adē diachylon simpliciter quod album  
 uocatur, de quo nunc sermo est, & diachylon magnum  
 quod à Mesue refertur, & tertium diachylon cum gum-  
 mis quod ab aliquibus ex magno conficitur, & gum-  
 mi generibus ab aliquibus ex albo de mucilaginibus &  
 gummi generibus. de his uero suo agemus loco. S E.  
 Hoc ab re non erit, at nunc scire optarem num apud  
 antiquos diachylon istud reperiatur. B R A S. Immo  
 reperitur & est antiquissima compositio, q̄q̄ in aliquo  
 differant, nam Paulus libro primo, capite decimotertio  
 diachylonis compositionem refert. S E. Quo nam  
 modo conficit Paulus? B R A S. Isto.

CERATORVM EXAMEN

Recipe Spumæ argenti, lib. vi.

Olei æstate, lib. vij. hyeme, lib. ix.

Fœnu græci sextarium dimidium,

Seminis lini sextarium dimidium,

Althææ, lib. iij.

Althæam ac semina coquito in aquæ sextarijs uiginti, donec parum relinquatur, ex ipso libras quatuor admiscens oleo decoques tantisper dum bullæ sedantur, deinde leuissimam argenti spumam inspergens decoque igni clemente usq; dū syncerum reddatur. S E. In rebus ipsis inter Mesuem & Paulum nulla est differentia, sed in ponderibus solum differunt: arbitrariq; si hoc modo conficiatur, ut dicit Paulus, q; eundem prorsus habebit cum nostro colorem. B R A S. immo hoc impossibile est, quia tuum ceram recipit ac terebenthi nam: at eundem prorsus habebit cum diachylo Mesue colorem, si experiri uolueris, immo & eandem contrahi consistentiam. Aetius præterea libro decimoquinto, capite decimoquarto diachylon emplastrum, hoc est ex succis factum refert, q; non multum à prædicto differt: dicit uero neruorū uulnera sine inflammatione cōseruare, sectiones glutinare, iuflammata ulcera, uulneratos musculos absq; alio cataplasmate aut fomento sanare. congruit & podagricis quocunq; tēpore illitū ad uteri inflammationes tam diutinas q̄ recentes pessarium efficacissimum est, rosaceo aut myrino oleo dilutum caua ulcera implet, citoq; ad cicatricem ducit, utq; summa non dicam, reliquum omne cataplasma aut

ANT. MVSÆ BRASA.

cuiusq; generis medicamentum ulceribus extra applicatum ijs qui huius copiam habuerint prorsus superuacaneum est, durities etiam mollit ac discutit, si ceteris misceatur quæ ad hos usus idonea fuerint, quod ita preparatur, olei pinguis & recentis æstate quidem lib. vii. s. hyeme uero lib. iij. succi lib. quatuor, oleum cum succo super carbonibus decoquito, & ubi feruet tenuesq; bullas emittere inceperit, spuma argenti iniecta finito, ut placido iugiq; igne simul bulliant, donec succus cum pingui conficiatur, medicamentumq; inquinandi finem fecerit, planumq; & iucundum colorem susceperit, sed nondum rufum attigerit: postea ab igne sublatum uersato ac refrigerato, manibusq; diligenter subigito, & pastillum magnum conficito: deinde usus tempore sumamus medicamenti quidem partes duas, ceræ uero & olei singulorum partem unam uel plures, si res exegerit. uides Aetium ceram addidisse, ut eiusmodi compositio sit tuæ satis propinqua, at quia dicit succos esse accipiendos, & de quibus succis loqueretur non expressit, propterea modum conficiendi succos statim docet, cum ait: succus autem ita paratur: aquæ sextarios uiginti, radicum agrestis maluæ recentium lib. iij. foenu græci, sceminum lini singulorum semisextarium, radices maluæ lotas & contusas aqua madefacito: postridie foenu græcum expurgatum & lotum adijcito, & madefieri finito: perendie semen lini simili modo ablutum: quarto die usq; ad probam crassitiem decoquito, & per collum traiectum ad medicamenti confectionem admittito, ego uero (inquit

## CERATORVM EXAMEN

author) duodecim aquæ sextarijs maluæ libras quatuor  
 foenu græci & seminum lini, sing. sextarium admisceo.  
 S E. Præter ceram et succorum uel mucilaginum edu-  
 ctionem cum Mesue diachylo conuenit. B R A S. Idē  
 Aetius ex Oribasij monumentis aliud adduxit diachyli  
 genus. S E. Quod nam? ne referre pigeat. B R A S.  
 Non piget, ita dicit author.

Recipe Spumæ argenti,	}	Singul. lib. ij.
Olei,	}	
Ceræ,		unc. viij.
Fœnu græci,	}	Sing. partes æquales.
Seminum lini,	}	
Radicum althææ,	}	

Decoquito quousq; crassissimus succus reddatur, cuius  
 postea transcolati libras duas decoque, ut prædixi-  
 mus. S E. Et hoc eadem recipit simplicia cum præ-  
 cedente, in rerum ponderibus solū differunt. B R A S.  
 Et Galen<sup>us</sup> in septimo de compositione medicamento-  
 rum per genera libro diachyli compositionem refert,  
 quam dicit<sup>ur</sup> inuentum Democratis, qui compositionem  
 (ne pondera facile amitterentur) carminibus cecinit.  
 Huius authoris carmina audire optarem. B R A S.  
 Res est haud modice prolixa. S E. Quid ad nos, quo-  
 rum nunc officium est hæc tractare? B R A S. Au-  
 dias igitur, ita enim canit Democr<sup>itus</sup>.

ANT. MVSÆ BRASÆ.

Lithargyri leuissimi chrysitidis  
 Libras duas miscens, quatuor axungie  
 Valde uetustæ, † & annosæ, atq; crassissimæ,  
 Et non olentis, non nigrae, non asperæ: †  
 Sic nanq; sumet pharmacum efficaciam.  
 Liquatæ diligenter olla axungie,  
 Membranulas, salemq; mox sustollito,  
 In uas aliud ipsam percolans amplius,  
 Adiectoq; oleo, rursus cura ferueat.  
 Non omne pones oleum, sed partes duas:  
 Tertia manebit in expedito condita,  
 Si sit necessum iungere, ne absit longius.  
 Vteris omnino per hyemem, cum inditum  
 Medicamini crassum oleum longo tempore  
 Euaserit, Lithargyrum & feruentibus  
 Inspergito, leui igne, & absiduo coquas,  
 Spatha mouens, præstiterit quam esse pineam.  
 Cum ceperit mediocri coctum tempore,  
 Medicamen hoc emplastri spissitudinem,  
 Nec non foetorem simili pacto pharmaci,  
 Confestim ab igne caccabum deponito,  
 Faciens per æstatem pauxillo durius,  
 Sed hyeme mollius, non inquinans tamen  
 Moueto, adusque quò modice ita refrixerit:  
 Sic deinde rursus manibus durioribus,  
 Totum subactum ex olla transferri iube.  
 Cum poscet usus, iterum ualide molliet.  
 Molliq; diligenter pelliculam illinens  
 Per magna super accõmodabis splenia.

† Ex antiq;  
 ita lagēdū,  
 librā autem  
 unā, ac unc.  
 iij. olei an  
 nost crassif  
 simi, & nō  
 olētis, nō ni  
 gri nō aspi

SE.  
 pond  
 comp  
 ptæ s  
 tinge  
 in qu  
 cis. A  
 primo  
 Quo  
 Recip  
 Succu  
 in aqu  
 ciæ tr  
 menti  
 poste  
 rescit  
 rursu  
 lib. ij  
 tam a  
 crem  
 agitan  
 herea

## CERATORVM EXAMEN.

SE. Gaudeo me audiuisse cōpositionē ī qua in simpliciu  
ponderibus errari non potest. BRAS. Hanc ob cām  
compositiones à Galeno probantur, quæ carmine scri=  
ptæ sunt, quoniam si in ponderibus error contingat, cō=  
tinget etiam in carmine error. Adest & apud Galenū  
in quinto κατὰ γένος libro pastillus diachylon. i. ex suc=  
cis. Alexāder uero Tralianus aliud diachylō facit libro  
primo, capite. 34. propè finē: nam plura miscet. SE.  
Quo nam modo conficit? BRAS. Isto.

Recipe Spumæ argenti tritæ. lib. iij.

Olei communis. lib. vij.

Ceræ. lib. i.

Resinæ piceæ. unc. vi.

Succi pulicaris. lib. iij.

Succus uero iste ita fiat, qui psyllij mucilago uocatur,  
in aquæ fontis xestas sex, immittantur triti psyllij un=  
ciæ tres, & per diem macerentur, postero die cle=  
menti igne ad crassitudinem usq; strenue decoquatur,  
postea ocysime colato, nā simul atq; gelidum sit, indu=  
rescit, atq; sic denuo mittes in cacabū, & ea facito,  
rursusq; colato. Esto autem mensura pro re nata  
lib. iij. Tu deniq; spumam argenti subtilissime tri=  
tam ad manum habeas, cum eo infere cacabo in quo  
cremor pulicaris herbæ continetur, & continue  
agitando lento igne, donec digitis uscositate non ad=  
hereat, neq; uel tantillum eos inquinet elixato,

ANT. MVS AE BRASA.

Sublatoq; ab igne cacabo iniiciatur cum cera resina,  
 & ubi non contaminabit digitos, pilæ infundito, ru-  
 diadaq; mollificato, pelli inducito, & ubi reposcet  
 utere. S E. Hoc est aliud diachyli genus, ab  
 illo Mesue. BRAS. Est prorsus aliud, facit &  
 mentionem Galenus emplastri διαχλῶν in tertio de  
 compositione medicamentorum secundū locos, in secū-  
 di capitis calce, & illud inter laxatoria numerat em-  
 plastra. Notaq; non esse argenti spumæ miscendas mu-  
 cilagines, dum ebullit, sed sinendum ut refrigeretur,  
 hoc est ut tepescat.


SE NEX.

XII.

Diaquilon magnum suam sedē hic habere iustum est.  
 BRAS. Differentia hæc magni & parui in diachy-  
 lo apud Mesuen tantum est & recentes: nam antiqui  
 unum solum habebant diachylon, at tu magnum refe-  
 ras quod paras. S E. Illud paro quod à Mesue ma-  
 gnum uocatur, & ita conficitur.


Recipe Lithargyrij mundi unc. xij.

Olei irini,  
 Chamæmilini,  
 Anethini,



Singul. unc. viij.

Mucilaginis seminū lini,  
 Foenu græci,  
 Ficum pinguium,



## CERATORVM EXAMEN

Passularum,  
Succi iridis,

Singul. drac. xij. s.

Scyllæ,  
Hyssopi humida,

Glutinis Alzauach,

Terebenthinæ.

unc. ij.

Resinæ pini,

Ceræ citrinæ,

Singulorū unc. ij.

Conficiatur ut superius dictum est in præcedenti diachylo, & est expertum inquit filius Zachariæ, acquiritur ei in decoctione, ut discedat à molliæ ceræ, & accedat ad spissitudinem unguentorum. BRAS. Hoc est diachylon magnum quod præberi debet cum à medicis indicitur, notaq; in hoc diachylo Althææ mucilaginem addi debere. SE. Scito tamē nos hoc simpliciter non seruare, sed semper gummi generamistā habet, & cum magnum indicitur diachylon, hoc præbemus. BRRS. Tamen diachylon cum gummis ita conficitur.

Recipe diachyli de mucilagibus lib. i.

Galbani,

Ammoniæ,

Bdelij,

Singul. unc. i.

Misce ad ignem lentum.

ANT. MVSÆ. BRASA.

Alij his addunt opopancem, & serapinum ad equales partes cum prædictis, alij uero magni diachyli libram accipiunt, cum uncia una prædictorum gummi generū, itaq; diachylon cū gūmi conficiūt, quod nōnunq; & nigrum diachylon uocatur. extant & alij qui pro cōmuni diachylo, illud conficiunt, quod a Mesue paruum uocatur. S E. ex quibus constat? BRAS. ex his quæ sequuntur.

Recipe lithargyrij, unc. vi.  
 Olei ueteris clari. lib. i.  
 Mucilaginis psyllij, unc. iij.  
 Mucilaginis hyoscyami, unc. i. 5.

Mucilaginis seminum lini.	} Sing. unc. ij.
Radicis maluæ,	

Conficiatur ut de alijs superius dictum est. S E. Alijs minus calidum uidetur. BRAS. Ob hoc à Mesue dicitur resolvere abscessus à caliditate factos. S E. In magno diachylo quid intelligendum est, per gluten Alzauach? BRAS. Quid accipis tu ipsius loco? S E. Glutē piscium. BRAS. Et non pauci ita intelligunt: tamē aliqui accipiunt uiscum quercinum, quod horum accipiatur haud megnifacio, illos solum non probo qui ammoniacum recipiunt, nam in eo qui ex gummi conficitur diachylon, ammoniacū iterū repetere nō oportet. aliqui gūmi hederæ intelligūt, à quibus et nō dissentio.

GERATORVM EXAMEN.

SENE X

XIII.

Nunc de byssopi cerato agendum est. BRAS. Oest-  
pi dicendum est, nam œsopus & œsopum neutro genere,  
lanæ sordes est, illa potissimum quæ sub alis cõtinentur,  
& est sudor quidam cum pinguedine, unde & lanæ ipsæ  
dicuntur succidæ, quando sordibus sunt imbutæ. de hac  
autem sorde in simplicium examine ubertim locuti su-  
mus, ueruntamen quomodo compositionem hâc confi-  
cis? SE. Hoc modo.

Recipe croci drach. v.

Bdelij,	}	Singulorum drach. vij.
Mastiches,		
Aloes,		
Styracis liquidæ,		

Ceræ citrinæ, lib. i.  
Terebenthinæ unc. i. 5.

Medullæ cruris uaccæ,	}	Singu. drach. xv.
Adipis anseris,		

Hyssopi humidæ. lib. i. 5.  
Olei nardini unc. viij.

Misce, & fiat ceratum secundum artem. BRAS.  
Omnes ferè pharmacopola hoc seruauit œsopi ceratum,

ANT. MVSÆ BRASA.

Et dicunt esse secundum Philagrium, medicum antiquum, sed error est, cum dicitur hyssopi humida, uidiq; ceruicosum quempiam mirum in modum hallucinari, neq; doceri uolebat, sed accipiebat hyssopum herbam uiridem, ignorabatq; legendum esse oestipi humidi, uel sordis abstractæ à lanis. de modo extrahendi hanc sordem, et Dioscorides uigésimo libro, et Mesue hoc loco agit, et eodem ferè modo excerpunt, q; legitur Bdelij, Mastiches et pro drach. vij. in multis codicibus legitur drach. viij. tamen hoc non magnifacio, neq; ob id corrupta est compositio, quæuis Auicenna et Serapio legant drach. viij. SE. Auicenna igitur et Serapio compositionem hanc retulere? BRAS. Retulere prorsus, quæuis non nihil differant, SE. Horum authorum compositiones afferre ne pigeat, BRAS. Auicenna in quinto canone inquit, emplastrum Philagrij ad dolorem stomachi et iecoris, et dolorem matricum, et apostemata cum linitur extrinsecus, et administratur mulieribus in lana liniendo cum eo matricem.

Recipe croci drach. ij. aliter drach. xij.

Bdelij,	}	Singul. drach. viij.
Mastiches.		
Ammoniacy,		
Aloes,		
Styracis humida,		

Ceræ sextaria. iij.


Adipis

CERATORVM EXAMEN

Adipis anseris drach. xij.  
Hyssopi siccae aut humidae. drach. xxx.  
Olei nardi ni q̄tum sufficit.

S E. Cur dicit Hyssopi siccae aut humidae? B R A S.  
Legi debet oesipi liquidioris uel densioris, densior uero  
fit, cum inueteratur. S E. iam Serapionem adducas, ut  
inter ipsum & Auicennā differentiam cognoscere pos=  
sin. B R A S. Ita scripsit i septimo tractatu Serapio Dhi  
madh Philagrij ad dolores stomachi & hepatis, & apo=  
stemata, & aegritudines matricis, qñ linitur exterius  
& alia litera habet exitus } & qñ supponitur cū lana.

Recipe Croci pondus drach. ij. & in descri=  
ptione alia inuenimus drach. xij. }

Bdelij  
Mastiche,  
Ammoniacy,  
Aloes,  
Styracis humidae,  Singulorū drach. viij.

Gummi sextaria, iij.  
Pinguedinis anatis drach. xij.  
Hyssopi siccae drach. xxx.  
Olei de spica quantum necesse est,  
Misceantur, & administretur.

S E. Vbi Auicenna ceram ponit, Serapio gummi mi=  
scet. B R A S. Non erit ceratum nisi ceram recepe=  
F

ANT. MVS AE BRASA.

rit, tamen & gummi etiam in ipso conuenit, tu modo  
contempleris quomodo ab oestipi cerato Mesue distin-  
guatur. S E. Seruant ne omnes hanc Philagrii com-  
positionem? BRAS. Omnes ferè, q̄q̄ alij composi-  
tionem illam seruent, quam Mesue refert ex Pauli de-  
scriptione. S E. Quæ nam est illa? BRAS. Hæc  
quæ sequitur.

Recipe Ammoniæ drach. x.

Bdellij drach. v.


Sigiæ, idest styracis liquidæ drach. iij.

Croci drach. i. s.

Aloes,

Mastiches,

Olibani,




Singulorū drach. ij. s.

Ceræ drach. iij.

Sepi

Medullæ uitulinæ,



Singulorū drach. ij.

Hyssopi humidæ drach. xl.

Olei irini quantū sufficit.

Misce, & fiat ceratum secundum ar-  
tem. S E N E X. Pauca uidetur ceræ quanti-  
tas in compositione. BRAS. Contextus mendosus  
est, legi etenim debet. unc. iij. & de sepo etiam ac medul-  
la, legi debet Sing. unc. ij. non autem drach. ij. S E. R.

## CERATORVM EXAMEN

peritur ne apud Paulum hoc oesipi ceratum à Mesue  
descriptum? BRAS. In Pauli codice diu quæstui, &  
illud inuenire nunquam potui, tñ in .7. libro capite  
decimo septimo hyssopi liquidæ cõpositionẽ habet, quæ  
legi debet oesipi liquidæ: est uero compositio ab illis  
quæ superius enarratæ sunt, longe diuersa: forte fuit al  
ter Paulus iste quem Mesue adducit, & non Aegineta.  
SE. Veram referas Pauli compositionem. BRAS.  
Hec est.

Recipe Meliloti, unc. iiij.

Cardamomi, unc. ij.

Lanæ admodum sordidæ, unc. vi.

Macerans in uini sextarijs duobus per triduum, co=  
quito donec pusillum relinquatur, & extrahens co=  
lansue, uino admisce olei, uncias tres & denuo us=  
que ad maximæ partis etiam uini consumptionem elixa  
to, inde colophonix unc. i. resinæ terebenthinæ tantun=  
dem adijce. Sunt uero qui ceræ quoque, unc. x. admi=  
scent & hyssopi herbæ unc. i. concoquunt pariter cum  
alijs. alij lanas uino abluunt desiccantesq; uinum cum  
sordibus, quod etiam pinum appellant. SE. Non ui=  
detur uel minimum quid cum Pauli compositione ad=  
ducta conuenire hæc uera Pauli compositio. BRAS.  
Alij sunt qui oesipi ceratum descriptione Galeni con=  
ficiunt quod à Mesue refertur. SE. Quale nam est?  
BRAS. Istud.

ANT. MVASE BRASA.

Recipe Cere citrinae unc. iij.

Olei chamemelini }  
Iri, } Singulorum unc. vi.

Mastiches, unc. i.

Spicae drach. ij. s.

Croci drach. i. s.

Terebenthinae unc. i.

Resinae unc. s.

Hyssopi humidae drach. lxxx.

Misce, & fiat ceratum secundum artem.

SE. In quo loco Galenus de hoc cerato mentionem facit? BRASA. Nusquam apud Galenum compositionem hanc inuenire potui, tamen in decimo quarto Methodi medendi libro Classe septima pag. 88 G. cerati ex oesipo mentionem facit: quomodo autem conficiatur non edocet: tamen & in eodem loco lubentius utitur oesipo, quando habetur, quam cerato ex oesipo, immo tunc solum cerato utitur, cum absuerit oesipus: propterea si tibi placuerit communem illam compositionem seruare, quae ad Philagrium refertur, illam seruato: sed quantum in me sit, ad durities emolliendas atque nodos solo oesipo potius uterer, quo si carerem, ceratum acciperem: cum quod Galeni ceratum ignoretur, nisi id sit quod a Mesue refertur, Philagrii cerato, quam alio potius uterer, cum uero haec haud sint magni facienda, iccirco ad alia conferre non ab re erit, praesertim cum annotaueris

## CERATORVM EXAMEN

eiuscemodi ceratū, ad vulnerum labiorum duritiem conuenire, et ad morbi gallici durities, & ad eiusdem generis omnia quæ emollitione indigent.

SE N E X. . X I I I I .

Ceratum de betonica considerandum occurrit. B. R. A. S.  
De hoc superius locuti sumus in unguento de Betonica, tamen ne quidquam prætermittatur, quod non sit probe discussum, tu refer quodnam ceratum de betonica paras. S. E. Hoc paro, & etiam seruo, & cum indicatur, præbeo.

Recipe betonicae uiridis,		
Pimpinella,		
Agrimonij,		
Salvia,		
Pulegij,		
Millefolij,		
Consolidæ maioris,		
Centaureæ minoris,		
Matris syluæ,		
Thuris,		
Mastiches,		
Iridis,		
Aristolochiæ rotūda,		
	} } }	Singulorum. unc. vi.
	} }	Singulo. drach. iij.
	} }	Singulorum drach. vi.

F iij

ANT. MUSAE BRASA.

Cerae albæ. unc. viij.  
Gummi helemi. unc. ij.  
Resinæ pini. unc. vi.  
Terebenthinæ. unc. viij.

Olei abietis,  
Vini albi,

} Sing. quantum sufficit.

Quæ sunt incidenda incidantur, & quæ in puluerem redigenda redigantur, & herba uehementer in mortario pistetur, & per dies octo in uino permaneant, singuloq; die uehementer agitetur, & bulliant: quo facto, Recipe Terebenthinam, oleum abietis & resinam pini colatam, & ceram, & ponantur in prædictum uinum, & igni suspendantur, ac bulliant ad consumptionem tertie partis, paulatimq; bulliant, deinde in sacculum ponantur, & torculari uehementer exprimantur, & in frigidari sinantur, nam uidebis suprædictum unguentum ex prædictis uino agglutinationem facere, & ideo manibus uehementer commoueatur, donec tota humiditas exeat, deinde caprinum lac simul addatur, & globi formentur, & iterum manibus probe agitentur: neque illis aures adhibendæ sunt, qui toties agitandos esse negant. BRASA. Tuum hoc cephalicum haud reprehendo: sed neque ita recipio quin alia meliora sequi uoluerim. nonnulli Ferrariæ sunt qui unguentum de betonica accipiunt, & addita resina ac cera in ceratum redigunt.

CERATORVM EXAMEN

SENE X.

XV.

Istis ceratum suam sedem hic habet. BRAS. Est ne  
apud pharmacopolas in usu? SE. Diu est quod il-  
lud conficio ac seruo. BRAS. ac quonam modo i-  
psum conficis? SE. Isto.

Recipe ceræ. unc. C.

Terebenthinæ. unc. CC.

Squamæ aris,

Aristolochiæ rotundæ,

Thuris,

Salis ammoniaci,

Serpentariæ,

Aeris usti,

Aeruginis rasilis,

Singulorum drach. viij.

Aluminis usti, drach. vi.

Myrrhæ,

Aloes lotæ,

Galbani,

Singu. drach. xij.

Olei antiqui. unc. viij.

Aceti acerrimi. unc. xvij.

Confice ceratum secundum artem, subinde mani-  
bus longo tpe emollias, manusque acerrimo aceto ma-

F iij

descant: denique in uas aeneum fundatur, ad ususq; seruetur. nonnulli Terebenthinam apponunt, ut dictum est. alij Terebēthinæ loco colophoniam. BRAS. Cum ceratum istud à nullo sit positum recente, quomodo in ipsius cognitionem deuenisti? SE. Tibi referam, quomodo in ipsius cognitionem deuenierim. Nobilis quidam capite uulneratus multos acciuit medicos, ut in sanitate restitueretur, inter quos aderat Excellentissimus Nicolaus Leonicens, q; oibus persuasit, ut isis ceratum conficeretur, itaque me docuit quomodo esset conficiendum, ut tibi retuli: deinceps eiuscemodi ceratum semper seruauit. BRAS. Superuixit ne ille in cuius gratiam ceratum hoc confecisti? SE. Obijt, at ob quid ita interrogas? BRAS. Quia rarissime uidi illos superuixisse, quibus applicatum fuit. Huius uero causam esse arbitror, quia nunquam nisi in ultima desperatione adhibetur: & nunquam adhiberi uidi nisi in extremo. SE. Non ne hoc est Galeni ceratum? BRAS. Non Galeni, sed a Galeno refertur in quarto de compositione medicamentorum secundum genera, ubi inscriptio est isis cephalica ad chironia & difficilia, est item cruentis idoneum, unde Graeci ἐναιμωρ appellant, eius uero compositio apud Galenū ita constat.

Recipe cerae denarium pondo centum.

Resinae Colophonniacae denarium pondo. CC.

Gutte ammoniaci,

Squamme eris,

CERATORVM EXAMEN

Thuris combusti,	}	Sin. denariū pōdo. viij.
Aristolochiæ tenuis,		
Aeruginis,		
Salis ammoniaci,		

Chalbani,	}	Sin. pōlo denariū. xij.
Mannæ,		
Myrrhæ,		
Aloes,		

Aluminis rotundi denarium pondo sex.

Olei ueteris heminam,

Aceti quantum sufficit, præparato acutitor, in  
 terim mero, interim diluto medicamine. S E. Non mul-  
 tum interest inter hoc Galeni, & illud à me relatam.  
 B R A S. Non est magna prorsus differentia præter-  
 quam in ponderum nominibus: & quia tu Terebenthi-  
 nam recipis, Galenus uero resinam, colophoniam,  
 quanquam tu ipse hoc animaduertes. præterea tu po-  
 nis aceti, unc. xvij. Galenus uero ponit quantum satis  
 est: in reliquis non adest magna differentia. Paulus loco  
 aluminis usti, alumen sciscile ponit. S E. Sūt ne alij qui  
 alio utantur iside? B R A S. Nulli quos sciuerim,  
 & cum isis parari debet, cephalicum hoc paratur, non  
 tamen hoc dico, quin nouerim adesse & emplastrum  
 isis apud Galenum in eodem libro, ubi inscriptio est,  
 isis uocatum emplastrum giluum, quod ad fluentia, diu-  
 turna, maligna ualet, ac uix curabilia maxime in parti

ANT. M V S A E B R A S A.

bus extremis. S E. Emplastrum hoc referre ne pige  
at. B R A S. Ita conficiendum monet Galenus.

Recipe argenti spumæ denarium pondo. C.  
Minij sinopici denarium pondo. viij.

Diphrygis,	_____	} Sing. denariū pondo. i. } Aliter quatuor. } }
Cera,	_____	
Chalcitidis combustæ,	_____	

Chalcitidis crudæ denarium pondo duum,  
Olei heminas duas.

Argenti spuma & oleum coquantur, dum ite-  
rum ac tertio efferuescant: hoc facto aquæ modicum di-  
gitis instillatur, mox diphryges, chalcitis, testa leuis  
facta inspergitur sub manu aquam instillando, donec  
non amplius medicamen inter coquendum strepat, ubi  
constiterit, ceram indito, sint autem chalcitis cruda, &  
minium ex oleo modico contrita, cum bene habet phar-  
macum, hæc immittito, continuo moueas. his rite pera-  
ctis in pilam conijcito, ac rursus condito, subiigitoq;  
excipiens utitor. sunt tamen & apud Galenū in uno eo-  
dem libro multæ compositiones sub nomine Isis, &  
adeest Isis uiride in loco superius citato: at cum cerata  
non sint, ad hunc locum non spectant. tu interim alia  
ceratorum genera prosequaris. S E. In publicis officii-  
nis alia non fiunt ab his quæ enarrauimus, nisi quispiam  
particularis medicus sibi genus unū aut alterū cōfici ius

## CERATORVM EXAMEN

beat: at uniuersalia genera illa sunt quæ adduximus.

BRAS. Cerata igitur quæ in usu sunt, pauca esse constat. SE. immo paucissima, quoniam neque alij pharmacopole omnia conficiunt, sed nonnulli aliqua, alij alia, non tamen extra narrata. BRAS. Quid nobis amplius agendum superest? SE. Plura adhuc super sunt considerata. BRAS. Quæ nam? SE. Vniū est, emplastra in examen ducere. BRAS. Id ut libebit, fiet, modo sinas me paululum spatari, nam sentio iam mea membra præ nimia quiete stupefcere.

SE. Id citius quàm fieri possit agas, ut coeptum laborem finiamus. BRAS.

Iam surgo & ad spatandum accingor.

FINIS.

Chartarum series

A B C D E F .

## INDEX

<i>Cerata unde dicta.</i>	.1.
<i>Ceratum stomachale.</i>	.2.
<i>Ceratum contra pistilētiā.</i>	.3.
<i>Ceratum pro Crepatis.</i>	.4.
<i>Ceratum Gratia dei.</i>	.5.
<i>Ceratum Capitale.</i>	.6.
<i>Ceratum Ceronium.</i>	.7.
<i>Ceratum Apostolicum.</i>	.8.
<i>Ceratum Oxycroceum.</i>	.9.
<i>Ceratum Oesipi.</i>	.13.
<i>Ceratum de Betonica.</i>	.14.
<i>Ceratum Isis.</i>	.15.
<i>Diachylon album.</i>	.10.
<i>Diachylon nigrum.</i>	.10.
<i>Diachylon magnum.</i>	.12.
<i>Vnguentum de Mucilagibus.</i>	.11.

